
BIBLIOTECA DR BONAMICI
LIVORNO

INDEX

LIBRORUM

AB INVENTA TYPOGRAPHIA

AD ANNUM 1.500.

INDEX
LIBRORUM
AB INVENTA TYPOGRAPHIA
AD ANNUM 1500;

Chronologicè dispositus cum notis historiam typographico-litterariam illustrantibus.

Hunc disposuit Franc.-Xav. LAIRE, Sequano-Dolanus, variarum per Europam Academiarum socius.

Egregios cumulare libros præclara supellex.
Petrarcha, de remed. utriusq. fortunæ.




PRIMA PARS.



SENONIS,
Apud viduam et filium P. Harduini TARBÉ, regis Typographos.

M. DCC. XCI.



AVERTISSEMENT
PRÉLIMINAIRE.

CE catalogue n'est pas seulement un livre intéressant pour l'histoire de l'Imprimerie; il offre aux Amateurs assez riches pour l'acquérir, une collection unique en son genre: il offre à tous un moyen de completter celles qu'ils ont pu faire.

Car ces livres seront vendus ou en totalité, ou en détail. En totalité, d'ici à six mois et s'il se présente des acquéreurs; en détail, si après ce tems écoulé, personne n'en a fait la totale acquisition.

Le second volume qui est maintenant sous presse, fera encore plus connoître le mérite de cette rare collection; on pourra y en joindre d'autres, comme d'histoire naturelle, de livres d'inscriptions et d'antiquités, de superbes éditions, enfin de livres rares en tous genres.

Ceux qui voudront voir ces livres, le pourront par eux-mêmes, en même tems que la Bibliothèque. Si la vente est faite en détail, ils seront comme elle annoncés par un avis et dans un catalogue particulier.

A l'égard de la Bibliothèque, elle est à Sens. Ceux qui voudront la voir, ou prendre des éclaircissemens, s'adresseront à M. l'Abbé

Laire à Sens, ou à M. de Bure à Paris, qui leur donneront les indications dont ils pourront avoir besoin.

On n'ajoute rien sur le mérite de cette collection ; il faut lire le catalogue, voir la collection, et juger soi-même.

On assure seulement que la collection des autres livres précieux, est faite avec la même recherche et la même abondance que celle des livres du quinzième siècle.



MONITUM
AD LECTOREM.

LITTERATORUM zelus et aviditas in comparandis decimi quinti sæculi libris, ita satis eorum meritum ac raritatem insignem extollunt, ut jam commendatione non indigeant.

Sed præsens collectio supra præcedentes permultis gaudet prærogativis : non enim quantitate tantùm excellit, sed etiam delectu librorum, eorumque qualitate. In hac occurrunt ferè omnes primigeniæ editiones classicorum auctorum, quorum nonnulli habentur etiam in membranis tersis ac politis. Pleraque nascentis artis calcographicæ et Typographicæ primaria monumenta, cum eorumdem progressivâ serie, Moguntinarum præsertìm editionum; permulti auctores, multæ etiam eorum editiones penitùs ignotæ;

multaque loca, apnd quæ Typographiæ initia ac progressus latebant, clariùs elucescunt.

His omnibus si addas perfectam ac quasi stupendam librorum conservationem et nitiditatem, ligaturarum elegantiam, exquisitumque possessoris judicium, cujus cura ac sollicitudo, pro illis seligendis et acquirendis, nec laboribus pepercit nec expensis, jam nihil aviditati appetendum supererit.

Non secundùm materiarum ordinem, sed ordine chronologico et quantùm licuit alphabetico præsentem indicem disposui, eo fine ut clariùs, et uno quasi ictu oculi, viris litteratis innotescant origines et progressus artis Typographicæ; et ut, mediante hoc, faciliùs secernantur editiones quas omisit clarissimus artis hujus annalista, ita ut pro ipsius supplemento possit haberi.

Libri nullâ anni notâ signati, quantùm licuit, intra decennium eorum originis reponuntur, ponderatis conjecturis; et

designantur ex comparatione characterum ut plurimùm, præla e quibus prodire potuerunt. Absit tamen me hoc pro assertione et irrefragabili judicio affirmare voluisse : nunquam enim penès me similis subiit intentio ; sed proponendi tantùm characteris unius ideam, depromptam ex alterâ unius jam aliundè cogniti ; prælum enim et utensilia quæ fuere Mentelii, v. g., post hujus mortem, et etiam ipso vivente, emptionis jure, alterius Typographi esse potuerunt retinente tamen charactere formam illius quo utebatur Mentelius.

Nonnullas adjeci notas ad Bibliographiam et Typographiam spectantes, et quandoquè criticas; sed longè plures quæ potuissent allegari vetuit indicis unius terminus.

Artis Typographicæ progressus et successivam perfectionem observare poterit sedulus ejus indagator; sed index materiarum et auctorum, faciliorem ipsi subministrabit notitiam.

In duas partes dividetur. Prima exhibe-

bit libros ab inventâ arte ad annum 1480, et secunda ab hoc anno ad finem usque quinti decimi sæculi; et hæc prælo subjacet.

Subscriptiones editionum principalium aut ignotarum ad apicem, quantùm fieri potuit, referuntur; sed tamen errores non subrepsisse affirmare vix auderem. In hujus generis operibus omni lectoris indulgentiâ dignus est redactor.

In fine partis secundæ, addentur quidam codices manuscripti, et errata præcipua corrigentur. Hæc autem claudetur indice quadruplici pro lectoris utilitate. Primus erit auctorum ac operum; secundus materiæ, seu rerum quæ in opere observantur; tertius urbium apud quas invectam fuisse Typographiam probat præsens catalogus; et quartus tandem Typographorum qui in eo recensentur.



CATALOGUS
LIBRORUM
DECIMI QUINTI
SÆCULI.

Libri ab inventione Calcographiæ et Typographiæ ad annum 1460, *absque anni notâ*, *qui in indice alphabetico designantur sub litterâ* A.

1 Historia sancti Johannis Evangelistæ cum ipsius visionibus Apocalypticis. In-fol. ex 48 figuris miniatis. m. v.

Editionem hanc principem ac primam appellat Heyneken, *idée d'une collection d'estampes*, a pag. 335 ad 349, ubi quævis figura recensetur, et prima inciditur.

Permulti periti credidere hoc fuisse primum opus in formam libri incisum. Heyneken verò contendit solam Bibliam pauperum, seu figuras veteris ac novi testamenti, hanc præcessisse; affirmatque se hujus unicum exemplar completum detexisse, quod asservatur Vindobonæ in bibliothecâ Imperiali.

In catalogo la Vallière, N°. 122, extabat unum secundæ tantùm editionis, quod 799 librarum tamen pretio emptum, et apud Gaignat, N°. 112, 829 libr. Hinc corrigenda sunt quæ catalogi hujus editor affirmat, N°. 114, et N°. 115.

EXEMPLAR EXIMIUM.

2 Historia sancti Johannis Evangelistæ visionumque ejus Apocalypticarum, ex 48 foliis seu figuris. In-fol. m. v.

Heyneken, pag. 358, unum descripsit exemplar quod ex tertiâ editione appellat, cujus figuræ 40, priores eædem prorsùs esse videntur ac nostræ, quibus ejus descriptio apprimè convenit, excepto signaturarum ordine qui, ab A usque ad V inclusivè, regularis est ac progressivus in nostro, dùm in suo quatuor figuræ priores signantur A, quod causa est illius inter utrumque discrepantiæ in signaturis usque ad finem; undè in nostro sic se habent figuræ post signaturam V.

Fig. 41. Y. *Et vidi alterum Angelum.*
Fig. 42. Y. *Et Angelus secutus est.*
Fig. 43. Z. *Et ego Johes vidi.*
Fig. 44. Z. *Et Diabolus qui seducebat eos.*
Fig. 45. ✝. *Et ostendit Michi fluvium.*
Fig. 46. ✝. *Et dixit Michi ne signaveris.*
Fig. 47. 9. *Stultus est hujus mundi contemptus.*
Fig. 48. 9. *Beatus Johannes jacentibus mortuis.*

Suspicarer autem discrepantiam hanc cum exemplari ab Heyneken laudato, procedere ab eo quod peritus ille in hac materiâ judex, completum nunquam viderit hujus editionis volumen, ipso teste; undè colligitur ejus immensa raritas.

Figuræ miniatæ non sunt, et eximiæ est conservationis; exemplar hoc discrepat ab illis Catalogorum Gaignat, la Vallière et Crevennæ.

3 Historia seu providentia Virginis Mariæ ex cantico canticorum, cum 16 figuris ligno incisis; in-fol. m. r.

Heyneken, *loco suprà cit.*, pag. 374, hujus descriptionem suppeditat, ibique figuram primam incidi curavit, et probat hanc editionem antiquiorem esse eâ quæ Harlemi asservatur.

Hoc opus planè diversum est ab eo quod Debure refert catalog. Gaignat, No. 119, sed idem omninò, describitur apud Meerman, *origin. typogr.*

tomo 1°. pag. 229, ubi legitur unum extare exemplar in curiâ Harlemensi, emptum per proceres urbis ab hæredibus Laurentii Coster, tanquam ejus opus: sed diverso ordine disponuntur figuræ, ita ut secunda sit ultima, etc.

Exemplar eximium, ratione conservationis et ligaturæ.

4 Speculum humanæ salvationis; in-fol. cum figuris ligno incisis. m. r.

Constat 33 foliis quorum unumquodque, excepto ultimo, quatuor ex unâ parte et quatuor ex alterâ exhibet figuras, quarum quælibet explicatio quandòque est Latina et quandòque Germanica, sed manuscripta: nec signantur, nec numerantur figuræ, sicut contigit in editionibus ab Heyneken recensitis, ideòque collectionem hanc ignorasse verissimile est. Figuræ illæ eædem omninò sunt, (rudiores tamen,) eodemque modo disponuntur ac in editionibus Lugdunens. annor. 1479 et 1483, *de l'humain lignaige*, in-fol.

In hoc eodem volumine compingitur *compilatio librorum historialium totius Bibliæ ab Adam usque ad Sethum per mundi ætates disposita a fratre Johanne de Utino, ordinis Minorum Diocesis Aquileiensis*, cum permultis picturis. Auctor præmisit epistolam dicatoriam Domino Gertrando Patriarchæ Aquileiensi, in cujus fine dicit se hanc chartam

manu propriâ, in civitate Utini Aquileiensis Diocesis, anno Domini M. CCCXLIV. de mense Januarii, cum eis figuris conscripsisse in-fol. Manuscriptum hoc originale est ac ornatur picturis pro eo tempore non spernendis.

5 Biblia sacra latina ex charactere majorî quem *formæ* appellant. In-fol. Tomî duo, m. v.

6 Eadem Biblia in charactere majori. Tomi duo, in-fol. m. v.

In his duabus Bibliis, ejusdem omninò characteris, sequentes sunt annotandæ variantes.

In primo tomo Nⁱ. 6.	*In primo tomo* Nⁱ. 5.
Titulus primæ columnæ manuscriptus est, et hæc habet 39 lineas, cujus ultimum verbum *Demostenis.*	Titulus primæ columnæ rubro charactere imprimitur et hæc habet cum titulo 40 lineas, hujus ultimum verbum *Legeretur.*
Folii verò secundi primum *significat*; et ultimum (semper folio recto) *Ars ē-*; primum tertii *Mostrat* et ultimum *cernit et.*	Folii verò secundi primum *significat* et ultimum (semper folio recto) *Ars ē-*; primum tertii *Noui* et ultimum *cernit et.*

Primum quarti *sonare historiam* et ultimum *studiū.*	Primum quarti *sonare historiam* et ultimum *studiū.*
Quinto verò folio titulus legitur manuscriptus et desinit folium verbo *bona.*	Quinto verò folio legitur titulus rubro impressus et desinit folium verbo *bona.*
Primum folii sexti *dedit q3*, et ultimum *mea quā.*	Primum sexti folii *dedit q3*, et ultimum *mea qm̄.*
Primum septimi *ambulavit q3*, et ultima linea sic habet *feminā de animālib3 verò immudis.*	Primum septimi *ambulavit q3*, et ultima linea sic, *feminā de aiantibus verò immudis.*
Primum octavi *ramū olive*, et ultimum *ipse est.*	Primum octavi *ramū olive*, et ultimum, *ipse est.*
Primum noni *eorūdem*, et ultimum *erat Abram cū.*	Primum noni *eorūdem*, et ultimum *Sarai uxore.*
Primum decimi *et vide* et ultimum *qui venerunt mecū*, et ultimum versi folii *man⁹.*	Primum decimi *et vide* ultimum verò *venerunt mecū*, et ultimum folii versi *manu'.*

In tomo 2°.

Hic incipit cum proverbiis, titulus manuscriptus est, et prima columna ex 40 lineis, secunda verò ex 42.

Folii primi verbum ultimum columnæ primæ sic *cōſirmandam*, et ultimum folii versi columnæ primæ *ore ejus.*

Folii quarti versi columnæ secundæ ultimum sic *in oc̄lis.*

Folii undecimi recti columnæ secundæ prima linea sic *ignis.*

Folii duodecimi columnæ primæ ultimum sic *bonis.*

Folii quatuordecimi primæ columnæ ultimum *opere.*

Libris verò Machabeorum terminatis se-

In tomo 2°.

Hic incipit cum proverbiis, titulus est manuscriptus, columna prima ex 40 lineis, et secunda ex 42.

Primi folii ultimum primæ columnæ sic *ɔfirmandam*, et ultimum columnæ Iª. versi folii sic *ore eiu’.*

Folii quarti versi columnæ secundæ ultimum sic *in oculi’.*

Folii undecimi recti secundæ columnæ linea prima terminatur sic *igni’.*

Folii duodecimi columnæ primæ ultimum *boni’.*

Folii quatuordecimi columnæ primæ ultimum sic *in ope.*

Terminatis verò libris, Machabeorum se-

quntur quatuor Evangelia cum omnibus Sti Pauli epistolis, deindè Apocalypsis, actus Apostolorum, epistolæ canonicæ, et volumen terminatur cum epistolâ Judæ Apostoli, et cum secundâ columnâ quæ habet 41 lineas.

quuntur quatuor Evangelia et omnes Pauli epistolæ, deindè actus Apostolorum, epistolæ canonicæ, quarum ultima Sti Judæ, et terminantur cum columnâ secundâ 41 linearum, ita ut pagina versa alba sit, et sequenti folio incipit Apocalypsis cujus ultima columna habet 42 lineas.

In hoc exemplari columnæ integræ constanter sunt 42 linearum, et tituli manuscripti sunt, undè illud ex primâ ac incastratâ editione sine errandi formidine concluderem, absque eo quod tamen affirmandi mihi sit intentio aliud exemplar (si quædam folia exceperis) non

In hoc exemplari tituli in primo tomo tantùm imprimuntur, columnæ quinque priorum foliorum constant 40 lineis, exceptis quinti folii tertiâ et quartâ quæ habent 41, et a folii sexti columnâ primâ, cæteræ omnes sunt 42 linearum. Apparet igitur hoc non discrepare ab altero

esse ex unâ eâdemque editione.	nisi in uno aut duobus quaternionibus de novo impressis, vel fraudis intentione, aut pro supplendo foliorum defectu in dicto exemplari.

Circa utrumque exemplar multa observari possent, inter quæ :

1°. Exceptis decem prioribus foliis ac ultimis, in utroque signum chartarii vel est caput Bubulinum, aut Uva ; quia autem in iis minor est chartæ crassities, indè concludi posset fraudis suspicio ex parte typographi, cui si addatur variatio in adornandis libris novi testamenti, tunc crescet illius probabilitas. Undè autem procedat variatio ac diversitas quibusdam tantùm in verbis aut lineis quorumdam exemplarium unius et ejusdem editionis rationes deducit Heyneken, *idée d'une collection d'estampes*, pag. 272.

2°. Variantes suprà relatæ, non nisi in principio et in chartis levigatis occurrunt.

3. Supra tegumentum N¹. 6. ad formam characteris libri, scripserat coæva manus, *Erhardus Neninger magister civium in Heylsprum, qui dedit illud fratribus Sanctæ Mariæ de monte Carmeli ad urticas, propè dictam civitatem.*

4°. Character in utroque idem, qui licet major sit in psalterio anni 1459, est tamen ejusdem formæ : hinc pertinet ad propugnatores characterum ligneorum de iis ferre judicium : pertinet etiam ad formam Donati apud catalog. la Vallière incisi, et alterius Donati cujus mediam partem unius folii possideo; sed longè elegantior est quàm in bibliis quorum typum exhibuit Schelhorne *in diatribâ de optimorum scriptorum editionibus*, *impr. Lindaugiæ* 1761, in-4°.

5°. Biblia illa ex eâdem sunt editione ac quæ apud Debure, *Bibliographie instructive* N°. 25, describuntur tanquàm extantia in Bibliothecâ Mazarineâ, et paucis abhinc mensibus accessit aliud exemplar ad Bibliothecam regiam in pergamenâ undè consulantur; sicut et *Fournier*, *Lettre à Freron* ubi Bibliographiæ auctoris sententia severioris criticæs trutinæ subjicitur.

6°. Frustrà inquirerentur litteræ principales, custodes ac signaturæ, ac numeri cæteraque provectioris artis puncta.

7°. Quis autem fuerit horum artifex an Guttemberg, an ve Schoyffer ac Faustus, an ve alter, quo etiam anno prodierint, an 1450 an 1455, sintne Biblia de quibus Trithemius aut Chronicon Coloniense loquuntur, sit sub judice. Hoc unum affirmari potest citrà omne dubium, hæc volumina præ se

ferre characteres omni exceptione majores Cimeliorum remotioris antiquitatis, quibus addas perfectam conservationem, compactionis elegantiam, et super omnia, characterum formæque venustatem.

Libri sub anno 1459.

1 Psalmorum codex ad usum chori, *impr. Moguntiæ Joh. Fust et Petrus Schoyffer an.* 1459, *die* 29 *Augusti*; in-fol., *in pergamenâ*, m. r.

In fine legitur: *Presens psalmoꝝ codex: venustate capitaliū decoratus· rubricationibusq; sufficienter distinctus· adinuentōne artificiosa imprimendi ac caracterizandi: absq; ulla calami exaratōne sic effigiatus. et ad laudem Dei ac honorē santi Jacobi est ꝯsūmatꝰ, Per Johem Fust ciuē mogūtinū· et Petrū Schoiffher de gernszheym clericū· Anno dñi Millesimo cccc. lix. xxix. die mensis Augusti,*

V. Debure *Bibliogr. instr.* N°. 47, sed maximè *Wurdtwein in Biblioth. Mogunt. impr. Augustæ Vindel.* 1787, in-4°. ait se tria tractasse exemplaria quæ 136 constabant foliis, quibus etiam nostrum constat, in quo folia numerantur usque ad 120, et ab hoc paginæ; propter quod pagina ultima numeratur 151. Quapropter defectu hujus attentionis nonnulli variant Bibliographi foliorum quantitatem referentes, quia numeri illi ut potè manuscripti, fuere

arbitrarii et ad nutum priorum possessorum. Exemplar elegans et optimæ conservationis.

2 Durandi rationale divinorum officiorum. *Moguntiæ Joh. Fust et Petrus Gernszheym* 1459, *sexta die Octobris.* in-fol., *in pergamenâ*, m. r.

In fine legitur : *Presens racõnalis dīnoꝝ codex officiōꝝ venustate capitaliū decoratus. rubricationibusq3. Artificiosa adinuētione imprimendi ac caracterizandi: absq3 calami exaratiōn sic effigiatus. Et ad eusebiam dei industrie est ꝯsūmatus Per Johannē Fust ciuē Magūtinū. Et Petrū Gernszheym. clericum dioces eiusdem. Anno dñi Millesimo quadringentesimo qūquagesimonono. Sex die Octobris.*

Nihil in ligaturâ neque conservatione libri tantæ apud omnes celebritatis, desiderari potest quod non suppeditet hoc exemplar. Accuratè conformis est subscriptio cum illâ Catalogi Crevennæ N°. 285, sed discrepat ab eâ Wurdtvein *Biblioth. Mogunt. pag.* 63.

Libri ab anno 1460, ad annum 1470, absque anni notâ.

1 Liber de remediis utriusque fortunæ prosperæ et adversæ, *copulatus per quemdam Adrianum Cartusiensem sacræ Theologiæ professorem*, in-4°. m. r.

Editio princeps. Pagina prima constat 27 lineis et ultima 12, ex charactere quo Zellius utebatur anno 1467. Petreius Biblioth. carthusien. pag. 3, dicit non constare quo anno vixerit Adrianus, et Arnoldum Theroherner, Coloniæ, anno 1471, ejus librum edidisse.

his incipit verbis: *quondam mihi meditanti*; et constat 152 foliis.

2 Ambrosii de officiis libri tres; in-4°. *ex charactere Zellii, circà* 1469.

Prima pag. constat 26 lineis, et ultima ex 17; editio princeps, de hoc vid. Denis, *supplem. Maittaire*, N°. 4162.

3 Antonini Archiepiscopi Florentini tractatus de instructione seu directione simplicium sacerdotum. (*Defecerunt.*) In fine: *Explicit summa confessionum seu interrogatorium pro simplicibus con-*

fessoribus editū ab archiepō floretino, *videlicet fre Anthonino ordinis predicacatorum.* In-4°. ex charactere Zellii, circà 1470, m. r.

Tria præcedunt folia indicis, et folio verso subscriptionis extat Sti Joannis Chrysostomi de penitentiâ qui folio verso terminatur sic: *explicit sermo de penitentiâ.* In eodem volumine extat etiam tractatus Sti Bernardi de *planctu Beatæ Mariæ*, *ex VI foliis*, cujus pagina ultima ex 14 lineis, ex eodem charactere Zellii.

4 Joannis Astexani summa de casibus; in-folio, tomi duo.

Tomus primus his incipit verbis:

Enerando in xpo pri
et dnō dnō Johanni
gayetano de urbe di
uina pvidentia dig.

Quas lineas sic etiam incidi curavit Schoepflinus. Verba ultima secundæ columnæ folii primi sunt hæc: *gaufred quor.*

Et cum libri quinti columnâ ultimâ et quartâ desinit, quæ habet 44 lineas, dum cæteræ habent 60, in hoc folium quintum libri quinti

duas tantùm habet columnas, duabus aliis in impressione omissis, miniator custodes in fine cujuslibet quaternionis, ac signaturas manu suâ supplevit, et in fine leguntur verba sequentia manuscripta de quorum veritate et authenticitate dubito.

Explicit primum volumen summæ de casibus quam ligavi et clausi pro necessitate hujus ecclesiæ, anno domini 1ꝟλο (1460,) si enim 1469 scripsisset, concordaret cum exemplari sancti Joannis Argentinensis. Tomus verò secundus, incipit cum libro VI, cujus titulus etiam manuscriptus est; prima autem verba textûs sic se habent:

xpeditis p. dei grām hiis q̄
ptnēt ad sacramtū pniē et
unctōis extme cōit ↄsidera

Et desinit cum libro VIII; cujus columna ultima habet 46 lineas, quarum sex ultimas incidi curavit Schoepflin in *vindiciis typograph. Argentinensis*, ex exemplari sancti Johannis Argentinensis quod tractabat, in quo miniator adjecerat volumen illud *fuisse impressum Argentinæ per Johan. Mentelin, anno* 1469: sed nihil simile occurrit in hoc tomo secundo, qui terminatur tribus copiosis indicibus. In eo columnæ habent etiam 60 lineas, tituli omnes manuscripti

nuscripti sunt, et desiderantur numeri, custodes ac signaturæ. Character apprimè convenit cum libro sancti Augustini *de arte predicandi*, a Mantelio impresso. Hoc igitur exemplar perfectè conformatur cum illo quod descripserunt Schoepflinus et Weslinger in *armamentario suo catholico*, *pag.* 18, *ad ann.* 1469, *et pag.* 31, et David Clement. Sed licèt in multis conveniat cum descriptione N[i]. 4260, *suppl. Maitt.* Domini Denis, discrepat tamen in quantitate linearum quas esse numero 64, in unâquâque columnâ integrâ affirmat. In parte superiori ligaturæ antiquæ secundi voluminis, iteratis locis, candente ferro impressæ videbantur sequenti modo litteræ: M n
quæ *Mantel* significare videntur: E T a

5 De arte predicandi, sive Sancti Augustini liber quartus de doctrinâ Christianâ. In-fol. m. v.

Folio verso incipit prologus his verbis: *Canon preconmendacõe huius famosi operis siue libelli sequẽtis, de arte predicandi sancti Augustini.* Quæ verba capitali charactere coloris nigri exprimuntur, et hæc pagina prima habet 39 lineas, sicut cæteræ integræ. Occupat prologus utramque paginam primi folii, et 31 lineas sequentis. In lineâ vigesimâ secundâ paginæ secundæ, et se-

quentibus sic legitur: *feci ergo deo teste magnā ꝑ ei⁹corrcōne diligēciā, ita q⁹ oīa exemplaria que in studio Heidelbergensi, nec non in Spira et in Wormacia, atq; tandē eciam in argentinā in ull⁹ librariis reꝑire potui, diligent ꝓinde respexi.....* .... Et linea 33 sic: *qua ꝑpter cū nullo alio modo sive medio, id expedici⁹ fieri posse judicarē, discreto viro Johanni Mentelin. incole argētenēsi impressorie artis mgrō. mōis oīb⁹ ꝑsuasi q̄ten⁹ ipē assūmē digret onus et laborē mltipli-cādi hūc libellū ꝓviā impssīoīs, exemplari meo pre ocul. hīto.* etc.

Ultimæ verò 10 lineæ prologi sic se habent: *sciat eciā quisq;. hūc libellū ab eodē mgrō ꝯparās. q⁹ ille maiōꝛs lrē alphabeti. tam simplices quā duplicate. Intra margīes imediate ante vsalia q̄rūlibet pūctōꝝ. notabiliū posite. desviūt ꝑ ejusdē libelli tabula alphabetica. in fine ejus posita. que tabula ad easdē literas remittit. ꝑ singula pūcta. et quisq; cui placūit. potīt eas facilr̄ manu sua ꝑ penam. eciā ī margib⁹ nigro vl rubio colore siḡre corrspōdēt ad istas ītra litaꝫ positas. qd nō paꝝ utile erit. qā cici⁹ in margie posite occurēt p̄renti. et sic ꝑ remisiones tabule ad īpas easdem lr̄as. unū quodq; in hoc libello ꝯtentorū. ad vota cū placuerit. cito poterit reperiri.*

Hos textus sic recensui ratione editionis Jo.

Fausti, et alterius ejusdem Mantelii, quam se vidisse testatur Morelli in Pinelliano indice. Cum folio tertio recto incipit textus qui recto cum folio, et lineâ 39, sic desinit : *explicit q̄rt⁹ de doctrīna xp̄ana b̄ti Augustī ēpi.* Folio deindè sequenti incipit tabula, seu index alphabeticus, ex septem paginis et septem lineis, quibus terminatur volumen, constans ex 21 foliis.

Frustrà quærerentur signaturæ, aut numeri et custodes.

De hoc videsis fusè Pinelli catalog. N°. 539, et Placid. Braun, *pag.* 3 *et* 4 *notitiæ historicæ Litterariæ de libris ab artis typographicæ inventione, usque ad ann.* 1478, *impressis qui extant in Biblioth. monasterii Sanctorum Udalrici et Affræ in Augustâ. Impr. Augustæ* 1788, in-4°.

In diurnis Trivultianis, abbas St. Leger fusè descripsit aliam J. Fausti et Schoifheri editionem Moguntinam ejusdem opusculi, quæ ante initium anni 1468 prodiisse necessum est, cùm tunc e vivis excessisse Faustum constet. Extabat hæc apud la Vallière, N°. 477, et extat Parisiis in Biblioth. San-Genovefanâ. Utramque verò refert Denis, *Suppl. Maitt.*, N^{ri}. 4281 et 4282. Quærenti autem a me quænam alteram præcesserit aut Fausti aut Mantelii, pro ultimâ allegarem sequentia momenta.

1°. Præter varia monumenta Argentinensia relata a Schoepflino in *vindiciis Argentoratensibus*, et a Seitz in *anno suo sæculari tertio pag.* 149, ac sequentibus. Philippus de lignamine scriptor coævus Typographus Romanus, in *chronicâ summor. Pont. Romæ impress. anno* 1474, *et chronica Martiniana impr. Taurini apud Fabri*, anno 1477, affirmant, jam ab anno 1458, Jo. Mantelium libros typis suis evulgasse Argentorati.

2°. In prologo utriusque editionis non dicit editor se adinvenisse in Moguntiâ auxilia pro hac suâ editione, quæ se tamen affirmat hausisse ex Argentinâ, Vormatiâ, licèt tunc temporis celebres tamen apud Moguntiam extiterint Bibliothecæ.

3°. prologus utriusque vix differt in altero quàm in abbreviationibus, si excipias, quod in editione Faustinâ aliquot in fine adjiciantur lineæ, quæ frustrà in Mentelianâ quærerentur. Sic enim terminatur illa: *Cito possit reperi et nichil ominus per remissionum varietatem sive pluralitatem pateat. quid in diversis ejusdem libelli passibus non nunquam de eisdem punctis contineat quod plurimum proderit fructuosè in eo studere volentibus explicit prologus.*

Quæ sanè verba levioris sunt momenti quàm

ut ea omisisset Mantelius si Faustinum exemplar imitandum sibi proposuisset. Dùm e contrà hæc adjicere poterat Faustus pro plagiarii vitandâ injuriâ.

4°. Menteliani indicis consilio usus est Faustus; ille siquidem qui litteras capitales, tanquam signa, textui mixtas indiderat pro bono sui indicis, easque permiscendo in indice unam quasi confusionem induxerat, præmonuit in prologo suo: *poterit quisque cui placuit litteras faciliter manu sua per pennam etiam et marginibus nigro vel rubro colore signare.* Quo, inquam, consilio usus est Faustus, in quo commodiorem indicem suppeditat. Hinc astutè verba hæc ex suo sustulit prologo.

5°. Aliundè notum est Moguntinos Typographos sæpè imitasse ac copiasse editiones Mantelii: sit in exemplum *Pauli a Sta Maria scrutinium scripturarum*, anno 1478, ab ipsis edito; cujus si instituatur comparatio cum editione Mantelii, deprehendetur verbi ad verbum, paginæ ad paginam perfecta hujus imitatio, dùm constat aliundè jam anno 1477 Mantelium obiisse.

6°. Manteliana editio constat 21 foliis, et paginæ habent 39 lineas; dùm ea Fausti habet 22 folia, et paginæ constant 40 lineis, et quidem cum minutiori charactere; quod procedit ab eo quod Faustus adjecerit in fine tabulam de tribus generibus dicendi & tribus præcipuis operibus, quibus debet

uti prædicator ; quæ tabula occupat duo folia. Hinc nascitur, in ejus editione, gradus perfectionis et accretionis supra eam Mantelii, quo Moguntiæ vicinus usus fuisset, si hæc suam prioritate temporis superasset.

In eodem volumine compingitur sequens *Tractatus solemnis de arte et vero modo predicandi, ex diversis sacrorum doctorum scripturis et principaliter sacratissimi Christiane ecclesię doctoris Thome de Aquino, in parvo suo quodam tractatulo recollectus; ubi secundum modum et formam materie presentis procedit.*

Opusculum hoc ex 10 foliis incipit sic: *communicaturus.* Ejus litteræ majores incisæ sunt ad formam earum quibus utebatur Joan. Zeiner. Character ejus singularis est. De hoc ultimo vid. Denis *suppl. maiu.* N°. 4257.

6 Liber epistolarum Sti Augustini. In-fol. m. r.

Opus ex duabus columnis, quarum quævis integra 50 habet lineas. Editio Princeps, ignota omnibus ferè Bibliographis, ipsis etiam Benedictinis, Braun excepto, (*vid. Braun, p.* 10.) Observandum in eo, quod folium 70 unicam tantùm habeat columnam impressionis, tribus aliis remanentibus albis. 197 epistolas tantùm exhibet.

Character idem quo *Hieronimi epistolæ*, *et Augustinus de civitate Dei*, ac cæteri hujus Catalogi libri, editi ad formam Virgiliani characteris incisi apud la Vallière, quem adjudicant recentiores Bibliographi Mantelio Argentinensi Typographo. Terminatur volumen cum primâ folii versi columnâ, et cum 27 lineis.

7 Sancti Augustini, de civitate Dei, libri XXII; cum comment. Thomæ Anglici. In-fol. m. r.

Incipit a textu : *gloriosissimam civitatem*, ad discrimen cæterarum editionum ab anno 1468, et terminatur folio verso cum secundâ columnâ his verbis constituentibus 15^m^. lineam : *finito libro sit laus et gloria cristo.*

Folio sequenti incipiunt commentarii cujus titulus manuscriptus sic habet : *incipit comentm Fratris Thomæ Anglici ord. prædicator. super libros Sti Augustini de civitate dei*, et pars illa terminatur indice 10 foliorum.

Textus habet 24 folia ; commentaria verò, cum indice, 83.

In editione Moguntinâ anni 1473, quilibet liber in fronte habet indicem Capitulorum ; in hac verò non extat, nisi in quatuor posterioribus libris.

Hanc esse principem, saltem cum commentariis, multa suadere videntur.

1°. Imperfectio indicis capitum, quam correxit Schoyſher, in suâ editione.

2°. Commentaria tribuuntur in Moguntinâ, Thomæ Valois, et Nicolao Triveth, in titulo impresso; in hac verò titulus manuscriptus soli Thomæ ea adscribit,

3°. Capitulorum tituli eorumque numeri in Schoyſherianâ imprimuntur, nullatenùs verò in hac, sed pro lectoris facilitate dicta aut facta præcipua quæ in textu recensentur, per modum notæ non in margine, ut fieri solet, sed in medio textu columnæ seorsìm intercalantur.

4°. Textus Doctoris ex eodem charactere quo *Virgilius* la Vallière; commentariorum verò quo Mantelius usus est pro libro quarto, *de Doctrinâ xtianâ*, et pro *Joan. Chrisostomo in Mathæum*; undè primus major, secundus verò minor. Columnæ integræ textûs sunt 47 linearum, in commentariis verò 57. Exemplar est miræ elegantiæ cum litteris depictis.

Extabat apud Pinelli, N°. 536, et a Seemiller accuratè describitur, *fasciculo primo pag.* 121, *incunabul. typogr. Acad. Ingolstad. impr. Ingolstadii*, *anno* 1787, in-4°.

8 Sancti Augustini confessionum libri XIII, in-fol.; m. r.

Immediatè incipit a textu *retractationum*; prima pag. est 31 linearum, et ultima 22, absque ullâ subscriptione. Character idem est ac *Virgilii* Catalogi la Vallière, N°. 2433. Huic autem exemplari annectuntur folia IX, quorum hic est titulus: *prefatio in laudem Benedictæ Virginis Mariæ Matris Jesu nostri Redemptoris.* Opusculum ejusdem Sti Doctoris. Et folio ultimo post 10 lineas sequuntur insignia typographica Joannis Fust et Petri Schoyfher rubro colore expressa.

Vid. la Vallière, N°. 461, ubi accuratè describitur; et Denis *suppl. Maitt.* N°. 4267, ubi Mantelio Argentinensi tribuitur, et meminit etiam alterius opusculi, N°. 4278.

9 Sancti Augustini liber de vita beata, de honestate mulierum, et Sti Bernardi de honestate vitæ. In-4°. m. r.

Pagina ultima ex 18 lineis, et opus ex 24 foliis.

Vid. la Vallière, N°. 473, et Denis *suppl. Maitt.* N°. 4277. Character pertinet ad Zellium Coloniensem.

10 Sancti Augustini liber de vita beata; de honestate mulierum, et Sti Bernardi de honestate vitæ, in cujus fine, et seorsim est sermo *in festo Presentationis Mariæ Virginis in Templum*, qui incipit sic: *constituite Diem solemnem*, etc. In-4°. m. r.

Hoc opusculum terminatur sic folio recto: *et hæc de exemplis nunc sufficiant.* Ex charactere Zellii. In-4°. m. r.

Editio hæc discrepat ab eâ quam refert Denis, N°. 4277, et etiam ab eâ catalogi la Vallière, N°. 473; sermo etiam de presentatione Domini discrepat ab editione suprà relatâ, N°. 8, quæ prodiit apud Scoyfher, in-fol. de quâ Denis, N°. 4278. Zelliana enim habet 22 paginas, et Moguntina folia 9.

11 Augustinus de disciplinâ Christianâ, (*ex tribus foliis*); de fugâ mulierum (*ex 3 foliis*), et de continentiâ et contemptu mundi.

Epistola Hieronimi ad Paulinum; Augustinus de communi vitâ Clericorum; ejusdem sermo, de communi vitâ

Clericorum, (*ex 21 foliis, quorum pagina ultima est 21 linearum*): *omnia ex charactere Zellii.*

Sermo beati Augustini Episcopi, de resurrectione futurâ mortuorum.

Terminatur sic recto: *explicit sermo scds b'ti Augustini epi de resur. mortuorum*, ex 32 foliis, quorum pagina ultima ex 26 lineis, cæteræ verò ex 27, omnia absque signaturis, et in-4°.

Opus postremum Zaph. pag. 146, *Annal. Typographiæ Augustanæ*, tribuit Gunthero Zainer. Sed potiùs Veldenero illud adscriberem.

12 Augustini liber de vitâ Christianâ. In-4°. m. r.

In fine extant insignia Typographica Schoyfheri et Fausti, rubri coloris, et constat ex 17 foliis.

Vid. Denis, N°. 2280, catalog. Gaignat, N°. 245. Hoc opus ignoravit Wurdtvein, in suâ *Biblioth. Moguntinâ.*

13 Sancti Augustini Enchiridion. In-4°. m. r.

Paginæ sunt 27 linear., et habet ultima 22: constat 59 foliis. In eo, textui præeunt sex indicis folia. Character Zellii. Vid. Denis, *suppl. Maitt.* N°. 4213; et la Vallière, N°. 478.

14 Sancti Augustini Epistola ad beatum Cyrillum de Sancto Hieronymo. Cyrilli ad Augustinum et Sti Hieronymi ad Suzannam et Heliodorum. In-4°. m. r.

Ex charactere Zellii. Pagina ultima et prima ex 26 lineis ; et ex 64 foliis. Immeritò editio hæc Moguntiæ adscribitur, N°. 237, catalogi Gaignat.

15 Sancti Augustini sermo super orationem Dominicam et super Symbolum. In-4°. m. r.

Pagina prima habet 26 lineas, et ultima 27, ex 8 foliis; ex charactere Zellii.

Vid. Denis, N°. 4276, la Vallière, N°. 478.

16 Opusculum magni Basilii ad juvenes, In-4°. m. r.

In fine legitur : *Magnus Basilius de poetarum orator. historicorūq; ac philosophorū legendis, libris Mogūcie impressus, et p Martinū Brenningariū (quo facilius intelligatur) rubricis titulisq; interstinctus : feliciter finit.*

Titulum superiorem exhibet folium primum, ex charactere quo usus est Schoyfher pro psalterio anni 1457; et in fine extat relata subscriptio.

Fol. verò 2º. legitur Leonardi Aretini (qui fuit translator hujus libelli ex Græco) ad Collucium Salutatum præfatio *in magni Basilii librum incipit feliciter.*

Fol. 3º. incipit Basilii textus qui cum 18º. folio terminatur, character idem est quo Schoyfher usus est pro Sto. Thomâ, anni 1467, absque eo quod tamen nomen aut ejus insignia adjecerit. Desiderantur numeri, custodes et signaturæ; et hoc habet singulare quod talis sit unius lineæ ab alterâ distantia, ut facilè inter utramque duplex altera possit intercalari. Iteratis vicibus, versio hæc Basilii, sæculo XIV, vulgata fuit, ut patet in vitâ Leonardi Bruni ab abbate Mehus scriptâ, et Florentiæ editâ, anno 1741, et apud Niceron Tom. XXV, et apud Maittaire. Sed, nullus quod sciam, editionem hanc recensuit, nequidem Schwarts in suis documentis. Nec Wurdtvein in suâ *Bibliothecâ Moguntinâ.*

17 Speculum beati Bernardi de honestate vitæ, et octo puncta mediante quibus pervenitur ad perfectionem vitæ spiritualis. In-4º.

Ex charactere grandiori quo usus est Zellius pro Leonardi de Utino *quadragesimali*, anni 1473.

Ex octo foliis, et quævis pagina ex 27 lineis.

Accuratè describitur per Denis, N°. 4377; sed nec ipsi, nec catalogo la Vallière, N°. 520 assentiar, dùm libellum hunc Schoyfhero adscribunt.

18 Biblia sacra latina. In-folio, tomi duo, m. r.

Tomi primi titulus manuscriptus est, et prima columna ex 47 lineis; ultima quæ est 2ª ultimi folii psalmorum ex 46, dùm cæteræ integræ habent 49: et habet folia 215

Tomus II incipit a parabolis Salomon's. Ejus titulus etiam est manuscriptus: columna prima ex 47 lineis, et ultima, quæ est folii ultimi apocalypsis, ex 42, quarum ultima sic habet: *gratia dñi nri ihũ xpi cũ omnibꝫ vobis amen*. Forma characteris eadem omninò est ac *Virgilii*, cujus typus tomo 2°. la Vallierę inciditur; ejusque tomi primi priores lineas perfectèque conformes incidi curavit redactor novi catalogi Crævennæ. Tom. 1°. N°. 68; nonnullasque variantes descriptioni suæ adjunxit: sed nemo fusiori stylo de eâ scripsit quam Placidus Braun, pag. 5. et sequent., ita ut nihil ipsi addi possit. Litteræ omnes principales manûs auxilio supplentur; deficiunt signat., numeri ac custodes.

Quis autem horum bibliorum fuerit typographus, et quo loco, quove anno prodierint? jam extra dubium esse videtur. Conformitas omnium capitalium cum illis quarti libri *de doctrina xtiana*, a Mantelio impressi; et minorum cum *epistolis Sti. Hieronimi* jam, anno 1469, compactis biblia hæc Mantelio Argentinensi vindicat. Dùm aliundè constat ex coævis scriptoribus, jam ab anno 1458, typographiam exercuisse ipsum in Argentinâ, quorum instar sit ipse Philippus de lignamine Romanus Typographus dicens in *chronicâ* quam, anno 1474, typis propriis vulgavit; *sub anno 1458 Johànes quoque mentelinus nuncupatus apud argentinam ejusdem provinciæ civitatem, ac in eodem artificio peritus, totidem cartas per diem imprimere agnoscitur.* Si igitur Mantelius, ab anno 1458, artem typographicam exercuerit opesque immensas in eo opificio acquisierit, sicut probatur apud Schoepflinum, profectò innumeros prælis suis libros mandare debuit. Cùm autem vix unus agnoscatur signatus nominis sui ac anni notâ, ex hujus notitiâ cæteri sunt investigandi. Ea propter ex libro *de arte predicandi*, qui ante annum 1466, cum ipsius nomine prodiit, perventum est ad notitiam *epistolarum Hieronimi*, quas ante annum 1469 emisit, et utroque mediante libro, detegendi sunt alii, ex characterum conformitate.

Comparatis autem prædictis bibliis cum *epistolis Hieronimi*, ea emersisse etiam ex Mantelii officinâ concludi necesse est, (sive Mantelius ipse, sive alter horum characterum emptione possessor evaserit.)

His adde rationes allegatas a Placido Braun, ex quibus concludit jam antè annum 1466 his typis Mantelium evulgasse hæc bibliorum volumina, multaque alia quæ in hujus catalogi decursu sub Mantelii nomine designata recurrent. Teste Schwartz in *primar. docum. parte primâ pag.* 30. Extat in Biblioth. consist. Studgard, Biblia germanica in quorum fine legitur: *explicit iste liber anno dom. millesimo quadringent. sexagesimo sexto per venerabilem virum Johan. Mentelin in Argentinâ.*

19 Biblia sacra Latina. In-fol. Tomi duo, m. r.

Tomus primus terminatur cum psalterio, et quartâ folii columnâ, cujus ultima et 38ª. linea sic habet: *Laude Dum alleluia.* Cæteræ verò columnæ habent 41.

Tomus II. incipit a parabolis Salomonis; hujus columna prima est 39 linear., ultima verò 41 quæ sic terminatur *vobis amen*, et miniator subdit: *explicit Tom 2.* 18λo. (1470) Bibliæ hujus character idem est quo utebatur Eggestein pro decreto

decreto Gratiani. Hanc autem prodiisse anno 1468 affirmat Schoepflinus, *vindiciæ Typogr. pag.* 43; ita etiam de Murr, *monumenta Biblioth. Nuremberg.*, *Tom.* 1°. *pag.* 360, ubi deſcribitur, et *Tom.* 2°. *pag.* 176.

Tituli manuscripti sunt; caret signat., num. et custod.

Typus characteris quo Eggestein utebatur, apud Schoepflinum tabulâ VI inciditur, et chartarii signum incidi curavit Schwartz in *primariis documentis*, tabulâ et N°. 1°.

Exemplar nitore et elegantiâ præstans.

Aliquot exemplaria fuere impressa in membranis. Mihi enim est, ad manum, folium unum hujus generis, ex *Ezechiele prophetâ*.

Vid. Meerman, *origin. Typogr.* Tom. 2°. ad indicem, pag. 285.

20 Sancti Bonaventuræ regimen conscientiæ seu parvum bonum; (*ex* 19 *foliis, ultima pagina ex* 21 *lineis.*)

Sancti Methodii epistola de regnis gentium et novissimis temporibus; (*ex* 17 *foliis, pagina ultima ex* 18 *lineis.*)

Sancti Bonaventuræ præparatio ad

Missam; (*ex* 11 *foliis*, *pagina ultima ex* 25 *lineis.*) In-4°. m.

Tria hæc opuscula sunt ex charactere grandiori Zellii, quo Leonardi de Litio sermones, anni 1473, impressit.

21 Aristotelis libri Ethicorum X, Politicorum VIII, et Æconomicorum II, ex versione Leonardi Aretini. In-fol. m. r.

Præmittitur epistola Leonardi, et terminatur volumen tribus aliis ejusdem; prima pagina constat 30 lineis et ultima 11, cæteræ verò 32. Editio princeps. Caret signat., num. et custod. Character autem est ex eodem genere quo dictum est suprà N°. 18, Mantelium Biblia impressisse. Constat 169 foliis. Qui ampliorem notitiam desiderat, adeat Braun, pag. 14, et catalog. Pinelli, Tom. I, pag. 216.

22 Joannis Chrysostomi Commentarii in Matthæum, ex versione Trapezuntii. In-fol.

In columnas paginæ non dividuntur: prima habet 35 lineas, et ultima 38.

Character verò duplex, major pro textu sacro, et minor pro commentario. Prior idem est quo

utebatur Mantelius in Bibliis N[i]. B. 18, et posterior est ejusdem formæ ac libri IV Sti Augustini de *doctrinâ xtianâ*, N[i]. B. 5. Immediatè a textu *intrante* incipit, et volumen terminatur, folio recto, epistolâ Georgii Trapezuntii ad Franciscum Barbarum; clauditur verò his verbis:

Rubrica pertinens ad principium libri; traductio librorum Sancti Johannis Chrysostomi super Matthæum e Græco in Latinum edita a Geõrio Trapezontio, directaq; sanctissimo præsuli Nicholao pape V.

Desiderantur signaturæ, custodes, numeri. De hoc vid. Denis, N°. 4656. Et extat Parisiis apud Sanctam Genovefam.

In medio quasi libro, folium nempè 129, ex parte rectâ tantùm imprimitur, ita ut pagina versa alba sit; sed monetur de hoc sic: *hic nullus est defectus.*

23 Joannis Chrysostomi sermones in beatum Job, de patientiâ; ex versione Lilii Tifernatis. In-4°. m. r.

Ultima pagina ex 26 lineis: ex 46 foliis Character est Zellii. Vid. Denis N°. 4652.

24 Joannis Chrysostomi sermones, in

psalmum *Miserere*. In-4°. m. r.

Pagina ultima habet 26 lineas, prima verò 25 tantùm. His terminatur verbis: *explicit Chrysostomus sup. miserere mei de⁹. Deo laus*. Ex 29 foliis, et ex Zellii charactere. Vid. Denis, N°. 4654.

25 Joannis Chrysostomi Dialogorum libri VI, de dignitate Sacerdotis, inter ipsum et Sanctum Basilium. In-4°. m. r.

Ultima pagina habet 11 lineas, prima verò 26: ex 76 foliis; character verò est Zellii.

26 Sanctus Cyprianus de duodecim abusivis sæculi. In-4°. m. r.

Pagina prima ex 26 lineis, et ultima ex 23. Ex 12 foliis; terminatur his verbis: *explicit liber iste. Deo laus*; character est Zellii.

27 Marci Tullii Ciceronis orationes. In-fol.

In fine legitur: *finiūt orationes Tullii sumpte de exemplari vetustissimo, diligentissimèq3 jàm emendate, ac correcte per Dominū Guarinū Veronēsem.*

Terminatur volumen registro quinternionum quod utramque paginam occupat. Tituli imprimuntur, caret signat., numeris et custod.

Paginæ habent 36 lineas, et constat 275 foliis; character est romanus, sed tam rudis, tantæque in lineis obliquitatis, ut ad artis principia apud Italos possit et debeat revocari, et princeps editio appellari. Editio hæc huc usque ignota remansit, quod sciam.

28 Marci Tullii Ciceronis de finibus bonorum et malorum, libri v. In-4°. m. violet.

Paginæ integræ sunt 27 linearum, ultima 25. Debure, bibliographiæ N°. 2438, eam describit, ac adscribit Schoyfhero; sed catalogus la Vallière, N°. 2258, Zellio eam adscribit, circa annum 1467.

Exemplar elegans editionis primæ hujus operis.

29 Joannis de fabricâ tractatus super declaratione indulgentiarum concessarum pro animabus in purgatorio. (*Moguntiæ, Fust et Schoiffer.*) In-fol.

Constat sex foliis; ultima pagina terminatur folio verso, cum 27 lineis, cæteræ verò ex 43.

Ignota hæc fuit Moguntina editio Wurdtvein et aliis, cujus character idem est ac *Ciceronis de officiis*, *anni* 1465.

30 Joannis Gerson tractatus de symoniâ; item de probatione spirituum; de eruditione confessorum; de remediis contra recidium peccandi. In-4° m. r.

Ultima pagina habet 17 lineas, et constat ex 29 foliis.

Editio ignota; ex charactere Zellii.

31 Joannis Gerson tractatus de *Passionibus animæ*, (*ex* 26 *foliis*;) ejusdem tractatulus de modo vivendi omnium fidelium, (*ex* 4 *foliis.*) In-4°. m. r.

Ultima pagina habet 15 lineas. Meerman *origin. Typog.* cap. III, pag. 59, Zellio hunc adscribit.

32 Joan. Gerson Donatus. Sti Bernardi speculum de honestate vitæ. In-4°.

Primum opusculum constat 14 foliis, et secundum ex 10.

Ultima pagina primi habet 12 lineas, et

secundi 4 ; character verò idem est ac *Salustii* incisi in catalogo la Vallière. Caret signaturis, num. et custod.

33 Joannis Gerson conclusiones de diversis materiis. In-4°. m. r.

Pagina ultima 26 linearum ; et prima, numerato titulo, 25 : ex 37 foliis.

Character pertinet ad Zellium. Vid. la Vallière catalogum, N°. 606.

34 Joannis Gerson alphabetum divini amoris. In-4°. m. r.

Pagina ultima ex 31 lineis ; et constat 28 foliis. Vid. la Vallière, N°. 1300.

35 Gregorii Papæ Moralia in Job ; *ex charactere Bertholdi de Basileâ.* In-fol. m. r.

Quævis columna integra ex 48 lineis et ultima ex 27. In fine, manu miniatoris, legitur : *hunc solvi anno MccccLxvIII, Joseph de Vergers Præsbiter Ecclesiæ Sti Hylarii Moguntini.* Vide Catalogum Pinelli, et Braun, pag. 54, a quo accuratè describitur et antiquissima ac rarissima ap-

pellatur, præcessisseque videtur Florimbergensem editionem, anni 1471.

Advertendum operi præesse debere folium unum præfationis, versâ tantum paginâ impressum, in quâ legitur historica narratio de libris moralium in Hispaniâ perditis, et Romæ repertis.

Copiosus index textum subsequitur, in cujus fine legitur: *explicit registrū moraliū gregorii pape.* Caret signat., custod. et num.

36 Summa collationum ad omne genus hominum (auctore Joan. Vallensi.) In-4°. m. r.

Terminatur his verbis: *suma collationū ad oñe genus hoīm, explicit feliciter.*

Character est Zellii; paginæ, numerato titulo impresso in parte superiori, habent 28 lineas: prima habet 27 et ultima 21. Desiderantur signaturæ, custodes et numeri. Vid. Catalog. la Vallière, N°. 1319.

Sub nomine etiam Summæ Galensis appellatur in Miscellaneis Lipsiensibus, Tom. XII, pag. 80; et alio nomine Centiloquium appellatur, ut constat ex edit. quam refert Denis, ad ann. 1481, N°. 974.

37 Sancti Hieronimi epistolæ. In-folio.

Textui præmittuntur duo folia indicis epistolarum, quæ sunt N°. 140, quarum ultima terminatur cum tertiâ columnâ folii ultimi.

Prima columna est 46 linearum, cæteræ ex 50; et ultima 36.

Caret signat., custod., numeris etc. Sed prima littera principalis eleganter depingitur. Character idem omninò est quo ille *Virgilii* la Vallière.

Chartarii signum idem est quo *Catholicon* anni 1460, quod incidi curavit Schwartz in *document. primariis*, N°. 1°.

Placidus Braun qui multa recensuit volumina excusa cum hoc charactere, quem Mantelio ascribit, hoc ignoravit sicut cæteri bibliographi, de Murr excepto, qui tamen hoc non descripsit. Pro histor. Typographicæ bono non parùm facit antiqua hujus ligatura, in cujus faciebus verba, sequenti figurâ, expressa: ferro candente uncialique charactere impressa sunt, eo quidem modo ut eorum genuinitatem contradicere nemo valeat, adeòque ante annum 1469 prodiisse probatur:

Ex unâ facie :

EPISTOLARE VATIS OÑM DISERTISSIMI HIERONIMI EUZEBII SOPHRONII L.

RECTORI SCHOLARUM IN... (1) LIBER PERTINET MAGISTRO JACOBO

Et ex alterâ facie :

PER ME JOHANNEM RICHENBACH CAPELLANUM IN GYXLINGEN ILLIGATUS EST ANNO DOMINI 1869. (2)

(1) Nomen urbis Germaniæ mutilatum. (2) 1469.

Cimelium hoc litterarium, verè princeps editio appellari meretur ratione antiquitatis, ad minùs enim coæva est *Romanæ*, *anni* 1468.

Ratione distributionis, huc usque enim nulla detecta fuit hac methodo divisa, ita ut quidquid vera non sit Sti Doctoris epistola, excludatur; exclusis aliis ejus opusculis quæ, in decimi quinti sæculi editionibus, unà cum epistolis erant confusa.

Ratione textûs ipsius, in quo passìm occurrunt variantes lectiones ab impressis diversæ.

Theophilus de Murr, in *memorabilibus Bibliothecarum Norimbergensium*, *parte primâ*, *pag.* 301, primus ac solus est, quod sciam, qui de hac editione locutus, eam Mantelio adscripserit. *Parte* 2ª., *pag.* 326, *memorabilium Bibliothecar. publicar. Norimb. impr. Norimb.* In-8°. 1786.

38 Sancti Hieronimi expositio Symboli contra Jovinianum. In-4°.

29 foliis constat; ex charactere Zellii, et pagina ultima ex 26 lineis.

39 Isodorus de summo bono. In-4°. m. r.

Terminatur folio recto cum 26 lineis, his verbis: *explicit tertius liber Isidori epi. de summo bono.* Incipit verò immediatè a tabulâ primi libri.

Character est Zellii.

40 Sancti Isidori hispalensis episcopi de summo bono. In-folio.

Terminatur sic folio recto : *de summo bono Isidori hispalensis episcopi liber finit feliciter Nurenberge.*

Hanc subscriptionem sequuntur tres paginæ indicis. Paginæ sunt 37 linearum absque signat., num. et custod.

Creditur autem ab anno 1470 prodiisse aut imprimente aut saltem corrigente Rumelio, impressore Sensenschmid. Character idem est quo *comestorium vitiorum*, *anni* 1470. V. Denis, N°. 5199.

41 Laudivii equitis Hierosolimitani ad Francinum Baltrandum. In-4°. m. r.

In epistolas magni Turchi præfatio feliciter incipit. Et terminatur opus cum duabus litteris amatoriis Æneæ Sylvii ad Sigismundum Ducem Austriæ, quæ tria folia occupant ; quorum ultimum cum 15 lineis terminatur. Constat ex 23 foliis. Character minutus est et verè singularis, parùm distans ab eo quo Fyner Eslingæ utebatur ; undè posset editio hæc ad annum circiter 1470 referri.

42 L'Apocalisse Di S. Giov. con le glosse

Di Niccolo de Lira. In-4°. magno.

Accuratè describitur catalog. Pinelli, N°. 27. Character autem pertinere videtur ad eum quo vel Ulric Han, Romæ 1468, *Ciceronem de oratore*; vel Sixtus Russinger Neapoli circa 1470 *Sextum Ruffum* impressit.

Deficit autem folium primum.

43 Titi Livii historiarum libri superstites unà cum earum epitome, et epistolâ Joan. Anton. Campani. *Impr. Romæ Ulric Han* (*circa* 1469.) In-fol. Tomi duo.

EDITIO PRINCEPS.

Describitur Debure N°. 4800.

Præmittitur epistola Campani, sequitur epitome qui clauditur solitis versibus: *Anser Tarpeij custos* etc., et in fine Decadis IV, iidem leguntur versus.

Caret signat. et custod. Sed in fine epitome, ante versus *Anser Tarpeij* etc., extat registrum primi verbi cujuslibet libri, ita ut in hoc ordine non præcedere sed postponi debeat epitome, quod etiam evenit in editione *Andreæ Aleriensis*, *anni* 1470.

Appellatur *editio princeps* in specimine historico Typographiæ Romanæ decimi quinti sæculi. Alle-

gatis ibi rationibus a P. Audiffredi haud debilitatis inhærens assentior, et ad minùs Decadem primam præcessisse tempore editionem Joan. Andreæ. In testimonium appello exemplar oblatum Sanctitati Pii Papæ VI, mediante Nuntio Parisiis existente anno 1789.

Cur autem in utrâque Campani et Aleriensis editione contra ordinem registri præmittatur epitome, et in editione Campani terminetur solitâ ejus coronide, aliquid latet quod me fugit.

44 Epistola Dñi Francĩ Petrarche laureati poete ad Dñm Johẽm Florentinũ poetam, *de historiâ Griselidis mulieris maxime cõstantie et patiẽtie, in preconium omniũ laudabilium mulierum.* In-4°.

Talis est titulus verbo ad verbum, et ejusdem tenoris est operis subscriptio.

Lineas habent 27 paginæ, et ultima 10.

Character verò idem est quo Zellius usus est pro libro *de singularitate clericorum*, *anni* 1467.

Constat foliis 10.

EDITIO PRINCEPS.

45 Dionis libellus de regno, ex versio-

ne Francisci de Picholominiis Cardinalis Sti Eustachii. In-4°.

Præmittitur traductoris epistola ad Maximilianum Imperatoris Friderici tertii filium, quæ occupat primum folium, et in cujus fine legitur: *vale ex urbe, Kal. Jan. M. cccc sexagesimo nono.*

Folio sequenti sequitur ejusdem epistola ad Nicolaum quintum cujus jussu dicit se opus præsens transtulisse, et tertio cum folio incipit Dionis opus cum lineâ undecimâ. Terminatur folio verso sic: *finis.* Pagina hæc habet 23 lineas et opus 69 folia.

Ex charactere quadrato elegantissimo, absque signaturis.

Hæc est editio quam antiquissimam appellat Maittaire, Tom. 1°. pag. 283; quam se nunquam videre potuisse ait Debure N°. 2354.

Num editio hæc Romana sit aut potiùs Veneta, Nicolai Jenson abs me sit judicium.

46 Æneæ Sylvii posteà Pii Papæ II. de miseriis curialium ad Johannem de Aich opusculum. In-4°. m. v.

Præfatio ad Joh. de Aich desinit cum lineâ 16 paginæ secundæ, et opus incipit absque interruptione lineæ his verbis: *genitor meus Silvius.*

Terminatur his verbis : *ex Prule pridie Kal. Decembris anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo quarto indictioñ septima.*

Constat 25 foliis : desinit folio verso cum 23 lineis ; cæteræ verò paginæ ex 27 ; hæc est editio , ipsumque exemplar de quo fuit disceptatio inter Maugerard , et abbatem Rive , *Chasse aux Bibliographes mal-avisés*, *pag.* 60. *Tom.* 1.

Character autem idem est quo Zellius utebatur pro libro *de singularitate Clericorum*, *anni* 1467.

47 Dȳalogus eloquentissimi atque reverendi patris dñi enee silvii poete laureati atque epi senensis postea pii pape secũdi, *contra Bohemos atq3 Thaboritas habitus de sacra ɔmunione corporis xpi feliciter incipit.* In-4°. m. r.

Paginæ habent 27 lineas, et ultima 19 ; ex 29 foliis : character est Zellii circa 1470.

48 Pii Papæ II. Tractatus contrà Turcos. In-4°. m. v.

Præest operi folium cujus recto sunt 24 ultimi versus tertiæ Eglogæ Virgilii ; et ultima pagina constat 25 lineis. Primum ergò deerat folium in exemplari la Vallière, N°. 2338.

49 Pii

49 Pii Papæ II. bulla retractationum *oim̄ dudum per eum in minoribus adhuc agentem pro concilio Basileensi*, etc. In-4°. m. v.

Ex undecim foliis, pagina ultima 18 linearum. Vid. catalog. la Vallière, N°. 343.

50 Plutarchi vitæ parallelæ e Græco in Latinum translatæ per diversos auctores, recognoscente Joan. Anton. Campano; *impr. Romæ*, *Udalricus Gallus*, (*circa* 1470.) In-fol. Tomi duo.

EDITIO PRINCEPS.

Operi præmittitur epistola Campani, et registrum vitarum cum nomine cujuslibet earum translatoris, et sequuntur versus soliti *Anser Tarpeij custos* etc., cum litteris eleganter depictis. Vid. Debure, N°. 6082.

51 Sancti Thomæ Secunda Secundæ. In-fol. m. r.

In fine indicis legitur: *explicit ordo est signacio questionū s̄cdi libri s̄cde p̄tis beati Thome de aquino B̄ndictus de⁰. Amen.* Et miniatoris manus adjecit: *anno d̄ni M°. CCCCLXVII, in festo transfiguraționis.* Immediatè verò post textum eadem manus scripsit 186A. (1467) Character

idem quo usus est Mantelius pro libro quarto *de Doctrina xtiana Augustini.* Hinc placidus Braun pag. 12, non dubitat huic typographo adscribendum esse hoc opus.

Quævis pagina in binas dividitur columnas, et quælibet 60 habet lineas : caret signaturis, numeris et custod. Litteræ principales depictæ sunt. Signaturis manuscriptis usus est Mantelius aut ejus miniator. Correctorem unquam habuisse Mantelium non constat, neque enim huc usque detectæ sunt ejus editiones quibus præfixæ fuerint epistolæ aut præfationes. Braun, *loc. suprà cit.*, aliud vidit exemplar cui miniator inscripserat annum 1466, undem prodiisse ante editionem Schoyfheri probabile est. Vid. hanc ad ann. 1467.

52 Sancti Thomæ summa de articulis fidei, et ecclesiæ sacramentis. In-4°.

Constat 15 foliis, et ultima pagina ex 18 lineis. Vid. Denis, N°. 6027, et la Vallière, N°. 531.

53 Libellus Mḡri Thomæ de Aquino *de modo confitendi et de puritate conscientie.* In-4°.

Terminatur folio verso cum octo lineis; operi præest folium indicis capitulorum, et pa-

gina 1ª. habet 26 lineas; character est Zellii; constat 31 foliis. Vid. Denis, Nº. 6034.

54 Terentii Comediæ sex. In-fol. m. v.

Sic incipit volumen folio recto:

Publii Terentii Affri poete Comici, Comediarũ liber incipit feliciter.

Epitaphium Terentii

Natus in excelsis &c. . .

. . . . *Sic puto cautus erit.* *argumentum Andrie.*

Terminatur verò folio verso sic: *Valete et plaudite, Caliopius recensui.*

Publii Terencii Affri poete Comici comediarum liber finit.

Et hæc pagina constat 21 lineis, prima verò et cæteræ 32; desiderantur litteræ majores, numeri, signatur. et custodes. Hoc ordine disponuntur comœdiæ: Andria, Eunuchus, Heutontumeromenos, Adelphis, Echira, et Phormio, cum quâ terminatur volumen.

Prosaicè imprimitur, absque eo quod in margine notata sint actorum nomina, benè verò permixta cum textu.

Character idem est omninò ac *Virgilii* catalogi la Vallière, ad cujus tabulam, in hoc incisam, si advertisset D. Maugirard, jam profectò Typographis Augustano aut Ulmensi Terentium nostrum non adscripsisset.

Editio hæc est et idem exemplar de quo D. Maugirard in *Journal Encyclopédique*, anni 1787, mensis Octobris; quod rixas movit inter hunc et abbatem Rive in libro: *la chasse aux Bibliographes et Antiquaires mal-avisés*, Tomo 1°. a pag. 8 ad 30. Sed quid ad veritatem faciunt *tanti motus animis cœlestibus iræ*?

Quis autem fuerit *Calliopius* ille, qui in fine comœdiarum dicitur *recensuisse opus*, nemo huc usque sufficienter detexit. Exercueritne Scribæ aut Correctoris munus? Verumne ejus nomen fuerit Albinus aut Alcuinus, sicut autumavit Barthius? Nullus affirmare præsumpsit; nec ego. Sed tamen pro veritatis disquisitione sequentia advertam:

1°. Cùm Calliopii nomen semper epochas quibus acta fuit primùm quævis comœdia subsequatur; nonne dari posset Calliopium nihil in Terentio suppeditasse, præter hanc crisim historicam, quam antiquiores manuscripti transmiserunt, sicut evenit pro *periochis* seu argumentis

Sulpicii Apollinaris in Terentium, quæ præmittuntur cuivis comœdiæ?

2°. Post Eunuchum in hoc exemplari legitur: *Calliopius recitavit*, non verò: *recensuit*.

3°. In fine editionis Venetæ, scribebat Raphael Zovenzonius anno 1471:

Calippi calamo fuit exemplare repertum,
Undè est impressum quodlegis, hospes, opus.

4°. Jam multis retrò ab hinc sæculis hoc Calliopii nomen constat extitisse in manuscriptis; sic v. g., teste Senebier *in catalogo. Biblioth. Genevensis*, extat Mstm̃ X^{i}. sæculi ubi apparet. Et in Vaticanâ aliud IX^{i}. sæculi, teste Farsetti *in suo catalogo*, *impr. Venetiis anno* 1771, in-8°; affirmatque ibidem, *pag.* 115, se vidisse commentatorem antiquum Terentii cum notis et correctionibus ejusdem Calliopii.

Editionis hujus meritum multa commendant: nempè elegantia chartæ et characteris, ejus antiquitas quam denotant nonnullarum scenarum in actibus indistincta sed continuata series; in formam non poematis sed prosaici operis impressio, et tandem in lectionibus variantes quæ sæpè textum juvant, multùmque profuissent laboribus Mureti, Huguenii, Faerni et Bentleii in

Terentium. Immeritò ergo huic detraxit D. Maugirard.

Cùm igitur hujus idem omninò sit character ac *epistolarum Hieronimi*, de quibus suprà N°. 37, quas Mantelio adscripsimus; hanc principem editionem eamque circa annum 1468, prodiisse affirmare vix dubito.

55 Valerii Maximi factorum et dictorum memorabilium libri. In-fol. m. v.

Pagina prima constat 34 lineis, sicut et cæteræ integræ; et ultima, folio verso, ex 15. Character idem quo usus est Argentinæ Mantelius pro *Bibliis* et *Hieronimi epistolis*, *ante annum* 1469, et idem est ac *Virgilii* incisi apud catalog. la Vallière;

EDITIO PRINCEPS.

Editio hæc Valerii Maximi toto cœlo differt ab editione Moguntinâ, anni 1471; hæc enim incipit a prologo quem frustrà in Mantelianâ quæreres. Schoifheriana habet epitome noni libri per Caïum Titum Probum, ex 4 aut 5 foliis, unà cum indice, quibus caret Manteliana. In Moguntinâ liber primus in VIII capita dividitur; altera verò in VI, ita ut in eâ desiderentur quæ de auspiciis et de simulatâ reli-

gione agunt, et tandem tot ac tantæ occurrunt variantes ut unius editor nullam habuerit notitiam alterius.

Nota. In indice alphabetico libri suprà relati a N°. 1°. ad Num. 55, designantur sub litterâ C.

Libri sub anno 1460.

1 Joannis de Janua (Balbi) Dictionarium dictum *Catholicon*. In-fol. Tomi duo m. r.

De hac celebri editione fusè locuti sunt omnes Bibliographi et annalium typographiæ scriptores, ejusque descriptionem exhibuerunt ; sed cum tantis discriminibus in subscriptione, ut etiam præsentis hujus tenorem adamussim subjiciendum hic existimaverim :

Altissimi presidio cujus nutu infantium lingue fiunt diserte. Quiqȝ nio sepe puulis reuelat quod sapientibus celat. Hic liber egregius. catholicon. dnice incarnacionis annis M. cccc LX Alma in urbe maguntina nacionis inclite germanice. Quam dei clementia tam alto ingenij lumine. donoqȝ gtuito. ceteris terraꝝ nacionibus preferre. illustrare qȝ dignatus est non calami. stili. aut penne suffragio. sȝ mira patronaꝝ formaꝝ qȝ concordia pporcione et modulo. impressus atqȝ confectus est. Hinc tibi sancte pater nato cū flamine sacro. laus et honor dño trino tribuatur et uno Ecclesie laude libro hoc catholice plaude Qui laudare piam semper non linque mariam DEO. GRACIAS.

De hoc Dictionario sequentia observantur :

1°. Variari exemplaria hujus Lexici tam in principio quàm in subscriptione certum est. Maittaire enim titulum sic exhibet : *incipit summa quæ vocatur Catholicon, edita a fratre Johanne de Janua, ordinis fratrum predicatorum, partes Grammaticæ sunt quatuor.*

Secundùm Debure, N°. 2276, sic incipit : *liber Catholicon incipit.* Nostrum verò sic habet : *prosodia quædam pars Grammaticæ, partes siquidem Grammaticæ sunt quatuor.*

In subscriptione variis modis abbreviantur verba; immò Meerman, *origin. Typogr. parte* 2ª. *pag.* 95, provocans ad Schwartz, *paria documenta, parte* 2ª. *pag.* 16, dicit in nonnullis exemplaribus desiderari integram periodum : *alma in urbe Moguntinâ.* Sed nihil simile reperi in eo loco Schwartzii id quidem affirmantis, sed de *sexto decretalium anni* 1465.

2°. Fournier, *dissertation de l'origine de l'Imprimerie*, pag. 236, de Catholicon, ait ejus characteres omninò discrepare ab illis *Durandi*, *anni* 1459, et eos in perfectionis gradu istis multò inferiores esse ita ut alterius generis esse videantur, ex quo concludit *Dictionarium* fuisse inchoatum ante *Durandum*, sed post hunc terminatum.

3°. Schwartz in *primariis documentis*, *parte* 2ª. *pag.* 13, duas distinguit officinas Moguntinas anno 1460, unam Fausti ex quâ prodiere *Clementinæ constitutiones*, *die* 25 *Junii*, et alteram Guttembergii ex quâ *Catholicon*. Ait enim: *interim nobis persuasum habemus hunc librum ex officina Joh. Guttembergii prodiisse* etc. Et posteà solvit quasdam objectiones in contrarium.

4°. Ex instrumento Conradi Homery Syndici Moguntini, quod refertur *Tomo III*, *scriptor. rerum Moguntin. Christiani Joannis*; quod etiam refertur apud *Schwartz*, *primar. docum. parte primâ*, *pag.* 26, et apud Wolfium in *monument. Typographicis*, *Tom. I. pag.* 5 *et* 6; ex hoc, inquam, constat Joannem Guttemberg e vivis jam excessisse, die 25 Februarii anni 1468, et hoc anno Conrado Humery fuisse venditum ejus Apparatum Typographicum, et ipsum spopondisse Archiepiscopo Moguntino se hunc non divenditurum extra Moguntiam aut ejus districtum.

5°. Meerman *origin. Typogr. parte* 2ª. *pag.* 96, unà cum Schwartz, *loco citato*, contendunt ex officinâ Guttemberg prodiisse *Catholicon*. Primus eorum solvit objectiones contrarias, et ex perfectâ conformitate characterum hujus *Dictionarii Joan. Balbi* cum *vocabulario ex quo*, quod

in Altavillâ ditionis Moguntinæ apud Nicolaum Bechtermuntze prodiit anno 1469, repetitâ quasi formulâ subcriptionis *Dictionarii* Moguntini anni 1460, concludit Conradum Homery huic vendidisse officinam et characteres Guttembergii.

Sed quid? Si Meerman novisset editionem hujus vocabularii in Altavillâ ipsius anni 1467, cujus est sequens subscriptio.

Presens hoc opusculū nō stili aut penne suffragio ſʒ nova artificiosaqʒ invencōne quadam ad Eusebiam Dei industrie per Henricum Bechtermuncze pie memorie in Altavilla est inchoatum, et demum sub anno dñi M CCCCLXVII ipo die Leonardi confessoris qui fuit quarta die mensis Novembris ꝑ Nycolaum Bechtermuncze fratrem dicti Henrici et Wigandū Spyes de Othenberg est consummatū.

Editio, huc usque incognita, formæ in-4°., venalis extabat Coloniæ Agrippinæ, duobus ab hinc annis, et audivi hanc coemisse Bibliothecam Regiam.

Libri sub anno 1462.

1 Ptolomaei Cosmographia cum castigationibus Galeoti Martii, Collæ Montani, Manfridii et Petri Boni, cum ultima emendatione Philippi Beroaldi. In-fol.

In fine libri VIII legitur: *hic finit Cosmographia Ptolemei impressa ōpa Dominici de Lapis, civis Bononiēsis, mensis Julii XXIII, anno M CCCC LXII, Bononie*; cum fig. geographicis, cum signat. et registro codicum. Character minutior est eo quo usus est hic Typographus pro *Benedicto de nursia*, anno 1477.

Duo priora folia desiderantur in primo quaternione, et duo etiam in quinto et sexto.

De hac editione et ejus Anachronismo fusè disseruit Debure, N°. 4192; undè cum Raidelio, (in suâ *Commentatione critico-litterariâ de Ptolemei Geographiâ, impr. Nuremberg, ann.* 1737. In-4°.) remittenda est ad ann. 1482.

Libri sub anno 1465.

1 Lactantii Firmiani institutionum divinarum libri VII, ad Donatum; de irâ Dei liber I, et de opificio *hominis ad demetrianum*. In-fol. m. r.

Subscriptio sic terminatur: *sub āno dn̄i M CCCCLXV, pontificatus Pauli Papę II. anno ejus secūdo. Indictiōe. XIII. die verò ān̄penultiā mensis Octobris in venerabili monasterio sublacensi. Deo gratias*; exemplar miræ elegantiæ.

Vid. la Vallière N°. 413. Crevenna, N°. 413. Sed fusiùs de hoc libro vid. *l'esprit des Journaux, mois de Juillet* 1780.

Libri sub anno 1466.

1 Gramaticæ methodus Rhitmica, *impr. Moguntiæ* 1466. In-fol. m. citr.

Constat 11 foliis, et in fine legitur:

> Actis terdeni iubilaminis octo bis annis.
> Moguncia reni me condit ꝛ imprimit amnis.
> Hinc nazareni sonet oda ꝑ ora iohannis.
> Nāqȝ sereni luminis est scaturigo ꝑennis. (*)

Ex charatere quo Joh. Fust, anno 1465, utebatur.

Annus autem, locus et Typographus in his 4 versibus comprehenduntur: *Jubilamen* enim significat spatium 50 annorum. Jubila autem 29 completa constituunt 1450 annos, quibus si addas bis octo annos (hoc est 16 annos) Jubilaminis trigesimi, dabitur annus impressionis 1466. Quo anno nundùm e vivis excesserat Johannes Fust; mense enim Julio hujus anni, extabat Parisiis: id probante exemplari officiorum Ciceronis quod in Biblioth. publicâ Genevensi asservatur.

Hæc methodus incipit iisdem versibus ac ea quæ, anno 1467, prodiit, sed in multis dis-

(*) Perennis.

crepat. Pagina prima constat 51 lineis. Post subscriptionis relatos versus una est prosaica narratio 23 linearum, tantæ obscuritatis, ut ex eâ nihil aliud inferri possit, nisi Auctorem et Typographum oriundos fuisse Moguntiâ; et esse opus Monachi unius, pro utilitate Monastici ordinis confectum.

Editio rarissima cujus existentiam ignorarunt Bibliographi, si Wurdtvein excipias: *in suâ Bibliothecâ Moguntinâ.*

Libri sub anno 1467.

1 Liber beati Augustini de vitâ Christianâ ; ejusdem liber de singularitate Clericorum. In-4°. m. r.

In hujus fine legitur :

Explicit Liber beati Augustini epi. de singularitate Clericorum. Per me Olricū Zel de Hanau Clericū Diocesͤ. Moguntineñ. Anno ʒc sexagesimo septimo.

A prologo. incipit primum opusculum quod est 19 foliorum, et terminatur sic : *explicit liber beati Augustini de vitâ Christianâ.*

Secundum verò habet 33 folia, et terminatur relatâ subscriptione.

Descriptionem hujus suppeditant Meerman ; *origin. Typogr. cap. III pag.* 58, ejusque specimen incidi curavit tabula IX; catalogus la Vallière N°. 473, et Crevenna in catalogo *auctionis.* Primum hoc est opus Zellii cognitum cum anni notâ.

2 Clementis V constitutiones cum commentaris: *impr. Moguntiæ Petr. Schoyffer* 1467,

fer 1467, *octavâ die mensis Octobris.* In-fol. m. r. in membranis.

Subscriptionem accuratè exhibet *Bibliographie instruct*, N°. 919. Vid. etiam catal. la Vallière, N°. 1055, et Wurdtvein, pag. 89. Non ampliùs apparet Joannes Faustus in hujus subscriptione, ex quo infertur ipsum hoc anno fuisse Parisiis grassante peste sublatum.

3 Sancti Thomæ Secunda Secundæ: *impr. Moguntiæ* 1467, *sextâ die Martii.* In-fol. m. r.

Vid. Wurdtvein, *Biblioth. Mog.* pag. 89.

Post indicem leguntur verba sequentia quæ sunt eadem omninò in edit. Mantelianâ: *explicit ordo et signatio questionū sc̄di libri secūde p̄tis b'ti Thome de aquino. b̄ndictus deꝰ Amen.*

Una ergo videtur imitatio alterius, undè Braun non dubitat hanc Schoyfheri editionem esse posteriorem Mantelianæ.

Vid. Crevennæ, N°. 556; hinc corrigendus est Maittaire, *Tom.* 1°. *pag.* 284.

Libri sub anno 1468.

1 Aurelii Augustini de civitate Dei libri XXII. In-fol. maximo.

In fine legitur :

Hoc Conradus opus Suueynheym ordine miro
Arnoldusq3 simul Pannarts unâ ede colendi
Gente Theotonica; Rome expediere sodales.
In domo Petri de Maximo, M CCCCLXVIII.

Præcedit index libror. et capitum 14 foliorum. Vid. *Bibliograph. instruct.* N°. 325 ; la Vallière, N°. 449, et Crevenna, N°. 480.

2 Grammaticæ methodus : *Moguntiæ*, (*J. Fust* 1468.) In-fol. m. citron.

In fine legitur :

Quis *Codiculu3 q̄me fundis fons es rōnū Cānā qui fontis fons bone noſſe velis.*
Quid *Sinōde de cōcha ſ3 fonte ē nomē romē Me fontis mactā tīgite grammaticā.*
Cui *Atq3 maturīo tibi dedicor inclite magni Nūc logothecarꝝ prīs ī arce comes.*
Cur *Meſiei cogūt redcūtia famīa ioſeph Cōche fors leua ſeuaq3 fata ſimul.*
Ubi *At Mogūtina ſū ſusus ī vrbe libellus Meq3 domus genuit vn caragma venit.*
Quādo *Terſeno ſ3 in āno terdeni iubilei. Mūdi post columē qui ē būdcūs Amē.*

Eadem est, accurataque descriptio a Debure, N°. 1398, in catalogo Gaignat.

Pars prima constat 17 foliis, et secunda 25. Character primæ est ex genere illius quo *Biblia anni* 1462; et secundæ minor pertinet potiùs ad eum quo usus est Schoyfher, anno 1467, pro *Secunda Secundæ Sti Thomæ.*

3 Justiniani institutionum libri IV, cum commentariis. *Impr. Moguntiæ, Petrus Schoiffer, anno* 1468, *die vigesimâ quartâ Maii.* In-fol. in pergamenâ.

Accuratè conformis est descriptioni *Bibliog. instruct.* N°. 1064.

Versus autem subsequentes subscriptionem, explicantur a Schelhornio, et a Wurdtvein, *Biblioth. Mogunt. pag.* 90.

Pn̄s institutionū pclarū
opus Alma in verbe magū =
tina inclite nacōis germa =
níce. quā dei clemētia tam
alti íngenij lumine. donoqȝ
gratuito. ceteris terraꝝ na =
tionibꝫ. pferre. illustrare qȝ
dig̃ est. nō atramto ꝯni.
nō plumali cāna. neqȝ erea.

ſꝫ artificoſa quadā adinuē-
cōe imprimēdi ſeu caracte-
rizādi ſic effigiatū et ad eu-
sebiā dei. induſtrie ē ɔſum-
matū ꝑ Petrū Schoyffer de
Gernſheym anno dñ ce
incarnationis. Milleſimo
cccc. lx viij. vicesima quar
ta die menſis Maij.

4 Lactanti Firmiani opera. In-fol.

In fine legitur :

Hoc conradus opus Sweynheym ordine miro,
Arnoldusqꝫ simul Pannarts unâ ede colendi
Gente theotonicâ ; Rome expediere sodales
In domo Petri de Maximo, MCCCC LXVIII.

Nephitomon desideratur in hac editione ; præmittuntur 11 folia indicis et erratorum Antonii Raudensis, sed duo ex illis manus supplevit. Vid. *Bibliographie instructive*, N°. 292 ; et Crevenna, N°. 414.

Libri sub anno 1469.

1 Lucii Apuleii Metamorphoseos Libri; ac nonnulla alia opuscula ejusdem; et Epitoma Alcinoi, in disciplinam Platonis, e Græco in Latinum translata a Petro Balbo Pisano; cum Epistolâ dedicatoriâ ad Paul. II, Joan. Andreæ Episcop. Aleriensis. *Romæ, in domo Pet. de Max. die ultimâ Feb.* 1469. In-fol. m. r.

Exemplar elegans, editio princeps. Vid. la Vallière, N°. 3538.

2 Aulugellii noctes Atticæ. *Romæ, in domo Petri de Maximis* 1469, *die XI mensis Aprilis.* In-fol.

In fine extant folia 14 indicis capitulorum, et præmittitur Epistola Andreæ Aleriensis ad Paulum II. Textus Græci in corpore imprimuntur.

EDITIO PRINCEPS.

3 Summa Magistri Joannis de Aurbach vicarii Bambergensis. In-fol.

In fine legitur :

Finit libellus diuina ecclesie sacrameta. que numero septem, et alia

. . . .

a Ginthero zeiner de Reutlingen. artis huius ingeniose magistro
in Urbe Augustensi impressus feliciter. A partu virginis salutifero
anno currente Millesimo Quadringentesimo sexagesimonono.

Folio 1°. verso extat index capitulorum. Caret signat., num. et custod., et etiam litteris majoribus. Nec paginæ dividuntur in columnas. Character idem quo usus est Zeiner pro *Catholicon*, anni 1469. Vid. Denis, *suppl. Maitt.* N°. 7.

Permulti Bibliographi, et inter recentiores Debure, *Bibliog. instr.* N°. 28, retulere volumen unum, sub Bibliorum titulo : *impr. Reutlingæ, per Joh. de Aurbach, anno* 1469, In-fol. Hoc autem factum fuisse videtur ex falsâ tituli relatione, accipiendo *Biblia* pro *Summa*, locum impressionis pro eo originis ipsius Typographi ; et nomen auctoris pro illo ipsius Typographi.

4 Bessarionis Cardinalis Sabini et Patriarchæ Constantinopolitani libri V, adversùs calumniatores Platonis. Accedit ejusdem Bessarionis opus de Natura et arte, contra Georgium Trapezuntium calumniatorem Platonis. *Impress. Romæ*, (anno 1469, ut creditur,) *Per Conrad. Sweynheym et Arnold. Pannartz.* In-fol.

Præmittuntur 14 folia quæ exhibent argumenta capitulorum omnium librorum. Vid. *Bibliogr. instr.* N°. 1265.

Undè imperfectum erat exemplar ab Audiffredy descriptum, dùm dicit 13 folia præmitti operi: 14 enim esse debent.

EDITIO PRINCEPS, et RARISSIMA.

5 C. Julii Cæsaris Commentaria. *Romæ, in domo de Maximis* 1469, *die verò* IX *mensis Maii.* In-fol. m. r.

EDITIO PRINCEPS.

Epistola Aleriensis, in hoc exemplari, operi postponitur. Vid. Debure, N°. 4879.

6 Vocabularium quod dicitur; *Catholicon. Impr. Augustæ. Vind. Gunther Zainer*, 1469. In-fol. Tomi duo.

Absque titulo immediatè incipit sic : *incipit sumāq̄ vocat Catholico. Rosodia quedaȝ pars* etc. Et in fine leguntur 19 versus sequentes qui annum, locum et Typographi nomen exhibent:

Grammatice partes & vocum proprietates.
Verius inuenies hoc codice. si quoqȝ queres.
Nomen. qui libro scripturam impressit ī illo,
Tunc cito comperies ꝑ litterulas capitales.
Hinc poteris certe cognomē noscere aperte.
Ex reutlin ȝainer hic dicitur esse magister,
Recte presentis artis doctissimus ipsus.
Vt pateat nomen libri qui dicitur esse.
Sumptus de varijs auctoribus atqȝ poetis,
Katholicon. fertur quem collegisse iohānes.
Cui nomē patriū dat ianua. iūcta sit ensis.
Hoc complevit op9 lux vltīa mensis a plis.
Dum currunt anni nati factoris in orbem,
Millequadringēti quis sexaginta nouemqȝ.
Adijce. Vindelica finitur in vrbe serena.
Quam Schowēberg tenuit ǭlibro p̄ludia dedit,
Titulo cardineus praeses vbiqȝ corruscus.
Terminat sȝ divus presul ex Werdemberg altus,
Cum paulo secundo papa. imperante fridico,
Deo gratias.

Propter molem majorem dividitur in duas partes; frustrà quærerentur num., signat. et custodes. Littera prima principalis eleganter depingitur, et cæteræ etiam in decursu operis. Undè observandum duxi earum eamdem esse omninò delineationem ac quæ observatur pro litteris majoribus incisis in *Bibliis* Bertholdi et Richelii Basileensium, de quibus infrà.

Versus 19 exhibent Typographi pronomen, annum, et urbem; sed littera prima novem priorum, offert vocem hanc GVNTHERVS, quæ ipsius nomen est.

Rarissimæ hujus editionis mentio habetur apud Schwartz: *In indice librorum quorumdam sub incunabulâ Typographiæ excusorum, impr. Norimbergæ* 1724, *pag.* 81; et Meerman, *origin. Typogr. parte secundâ, pag.* 99.

7 M. Tullii Ciceronis epistolæ familiares. *Impr. Venetiis, Joann. de Spirâ*, 1469. In-fol. in pergamenâ.

J: Vindelini prima hæc est epistolarum hujus anni editio, in cujus fine legitur:

Quom labor hic primus calami superaverit artem.

1469.

Tituli epistolarum manuscripti sunt. Caret signaturis, numeris, custodibus, et registro.

De quo vid. Debure, N°. 2408; et catalog. la Vallière, N°. 2313.

8 M. T. Ciceronis de Oratore, lib. III; et ad Brutum liber. *Romæ, in domo Petri de Maximo* 1469, 12 *Januarii.* In-4°. m. b.

Cùm lineæ chartarii transversæ sint, forma libri non in-fol. (ut placuit,) sed in-4°. Vid. Debure, N°. 2392.

9 Lucani Poetæ Pharsalia. *Romæ; Sweynheym Pannartz* 1469. In-fol. m. verd.

Editio princeps saltem cum anni notâ. Apud Pinelli, N^is^. 4676 et 4677, duplex extabat altera editio antiquissima, quarum primam mihi videre contigit Venetiis, apud Dominum Svaier, cujus paginæ constant lineis 40, et habet 106 folia; operi præmittuntur quatuor folia præliminaria, circa Lucanum et ejus poema, quæ in Pinelliano exemplari deerant.

Exemplar elegantissimum et perfectum.

10 Thomæ Aquinatis commentarius in librum IV sententiarum Petri Lom-

bardi, seu *quartum scriptum Sti Thomæ. Impr. Moguntiæ, Petrus Schoyffher*, (sic, quod non observavit Wurdtvein, *Biblioth. Mogunt. pag.* 98,) *anno* 1469, 13[a]. *die Junii.* In-fol. m. r.

Subscriptio, et insignia rubro colore impressa sunt.

Vid. Braun, pag. 126; et la Vallière, N°. 530. De existentiâ hujus editionis dubitavit Maittaire.

Litteræ principales eleganter depictæ sunt, cum floribus et viticulis.

Libri ab anno 1470 *ad annum* 1480, *absque anni notâ, qui designantur sub litterâ C.*

1 Aesopi, Avieni, Rimicii et aliorum fabulæ cum commento. In-fol. m. v.

Primum folium nihil aliud exhibet præter Æsopi figuram, et cum secundo incipit ejus vita per Rimicium facta; et folia hæc duo circùm ornantur viticulis, floribus et avibus incisis ligno: gesta etiam præcipua Æsopi, in ejus vitæ decursu, incisa sunt sicut omnes fabulæ. In IV libros Æsopi fabulæ dividuntur; metricè redduntur; commentum verò et moralisatio prosaica sunt; et terminatur volumen cum fabulâ de Vulpe et Gallo, his verbis : *finis diversarum fabularum.*

Paginæ quæ integræ sunt, ordinariè constant 41 lineis; terminatur cum signaturâ q iiii. Editio videtur prodiisse in Belgio. Ejus character rudis est ac gothicus, mihi ignotus: nihilque apud Bibliographos reperi de hac editione, quæ prodiisse videtur circa 1480; quæ hoc unum ad minùs habet meritum, primam esse fabularum Avieni.

2 Æsopi fabulæ Græcè et Latinè, (Me-

diolani, circa 1480.) In-4°.

Cum vitâ Æsopi per Rimucium terminatur, et cum signaturâ G IIII, pro textu latino.

Alteram Græcam formæ exiguæ in-4°. tractavi antiquiorem, et ex charactere quo *Lascaris* anni 1476, in Seminario Potavino. Et præter eam quæ cum Veneto privilegio prodiit, anno 1498, alia extabat Græca et Latina apud Crevenna, *Tom. IV*, *pag.* 158, *editionis* in-4°. *quæ prodiit Regii, per Dyonis. Berthocum*, anno 1497; in-4°.

3 Æsopi fabulæ carmine Latino redditæ, cum morali commento. In-4°. Goth. m. r.

Paginæ integræ sunt 25 linearum, et ultima 23, sine subscriptione. Character est Coloniensis Guldenschaf, circa annum 1474.

Ex 62 foliis, absque signaturis, numeris et custodibus. Editio penitùs ignota.

4 Albertus magnus de adhærendo Deo; Gerson remedia contra pusillanimitatem; D. Bonaventura de modo proficiendi; idem de modo informandi Juvenes et novitios. In-fol. m. r.

Ex 40 foliis. Character elegans et quadratus, absque signaturis. Littera capitalis ligno incisa est, et character idem quo utebatur Augustæ Ginther Zainer, ad imprimendum, anno 1472, *Isidorum de responsione mundi.* Index horum opusculorum supponit folia numerata, licèt ita non sint.

Imperfectum igitur erat volumen et exemplar a Denis, pag. 484, relatum, quod apprimè cum hoc nostro convenit. An autem fuerit reipsà emptum, anno 1470, sicuti refert, vix est quod credam?

5 Liber de laudibus glõsissime Dei genitricis mariæ Dñi Alberti Magni. In-fol. m. r.

Ex charactere quo utebantur Fredericus Biel, et Michael Wensler Basileæ, pro imprimendis *Boetio* et *epistolis Gasparini Pergamensis.* Paginæ habent 34 lineas et ultima 22, absque numeris, custodibus, et signaturis. In 275 capitula dividitur opus.

6 Liber de laudibus gloiosissime Dei genitricis Mariæ. In-fol. m. r.

Ex charactere quo Zellius usus est, anno 1473, *pro Roberti de Litio sermonibus.*

Columna prima ex 35 lineis, et ultima ex 19. Desiderantur numeri, signaturæ et custodes. Opus dividitur in 275 capitula; et licèt sequens numerus eodem gaudeat titulo, toto cœlo differunt.

7 Opusculum de laudibus Beatæ Mariæ Virginis. In-fol. Maximo. m. r.

Opus planè diversum a præcedentibus editionibus. Dividitur in 12 libros, et accuratam descriptionem exhibet Placidus Braun, pag. 15.

Quia reipsà librum sub hoc titulo vulgavit Albertus, ideò hunc ipsi adscripsere nonnulli. Sed permulti negant fuisse germanum Alberti fetum. Vid. Fabricium, *libro primò, pag.* 46, *edit. Patavinæ* 1754; et Laudatum Placidum Braun, qui hanc editionem etiam Mantelio Argentinensi tribuit.

Si notis manuscriptis fides habenda sit, legitur in fine manu Miniatoris *Colhof* 18A8 (1474.)

Aliud autem exemplar a Denis relatum habet notam manualem 1473. Vid. pag. 484 *Supplementi ad annales* Maittaire, N°. 4126.

8 Alberti Magni opus de laudibus Virginis Mariæ. In-fol. maximo. m. r.

Duo præeunt operi folia præfationis et indicis, et capitali charactere incipit opus his verbis: *Missus est Angelus Gabriel.*

Verba hæc occasio fuerunt Placido Braun, indicandi opus sub titulo: *questiones super evangelium*: *Missus est*, (pag. 15.) Hoc enim opus in capitula 275 dividitur, eodemque modo terminatur ac editiones præcedentes, ex characteribus Zellii et Wensleri. Aliundè accuratam descriptionem exhibuit, et Mantelio editionem hanc adscripsit, ex conformitate characteris, dictus Braun.

9 Albertani Causidici tractatus de doctrinâ dicendi et tacendi. — Jacobi de paradiso ordinis carthusiensis domus sanctæ Agnetis apud Erffurdiam tractatus de veritate dicenda aut tacenda. In-fol.

Tractatus primus constat 9 foliis, secundus verò ex 19.

Primus terminatur his verbis: *et sic est finis*, quæ efficiunt lineam 32; secundus verò: *ex-*

plicit

plicit tractatus de veritate dicenda aut tacenda eximii doctoris etc. Pagina ultima ex 28 lineis. Vid. Denis, N°. 5164.

Caret signaturis. Character autem pertinet ad *Sallustium* catalogi la Vallière, N°. 4889.

10 Alexandri de Villâ Dei grammatica metrice scripta. In-fol.

Ex charactere Joan. de Spirâ, circa 1470. Constat 45 foliis. Habet custodes, non verò signaturas. Prima pagina est 27, et ultima 18 linearum.

Opus longè rarissimum.

11 Sancti Ambrosii de officiis libri tres. (*Paris, Gering, circa* 1472.) In-fol m. r.

Paginæ habent 31 lineas. Unitur ipsi *Senecæ libellus de IV virtutibus*, ex 4 foliis.

EXEMPLAR ELEGANS.

Fugerunt Chevillier duo hæc opera in *histoire de l'Imprimerie de Paris.*

12 Processus Luciferi contra jesum, coram judice Salomone; (aliàs liber Belial, per Jacobum de Ancharano,) In-fol. v.

F

Character videtur ad Flachen in Argentinâ pertinere. Columna prima ex 38 lineis, et ultima ex 19, quarum ultima sic habet:

Explicit cõsolatio pc̃torum.

Absque signaturis, numeris et custodibus.

In hujus editionis prologo, appellatur auctor Jacob de Ancharano. Dùm in editione anni 1481, et apud Toppi et Nicodemi, Jacobus de Theramo vocitatur.

13 Tractatus de missa seu officio misse, editus a Magistro Nicolao Andreæ de civitate Theatina Doctore venerabili decretorum. In-4°.

Sine signaturis, numeris et custodibus.

Ex charactere quo Canonicus Helias de Louffen, ab anno 1470, ad annum 1474, utebatur Beronæ. Pagina prima ex 28 lineis, et ultima ex 24; charactere capitali terminatur sic: *Sit. Laus. Deo.*

Ex 28 foliis. De auctore nihil inveni.

14 Sancti Antonini confessionale. (*Defecerunt.*) In-4°. m. r.

Terminatur sic: *explicit sermo Beati Johĩs*

Crisostomi de penitentia per discretum virum conrad. Fyner de Gerhuszen impressorie artis magistrum. Et sequuntur IV folia indicis. Absque signat. Vid. Denis, *suppl. Mait.*, N°. 4200.

15 Aristotelis de moribus ad Nichomachum libri X, ex versione Joan. Argyropyli Bysantini. In-fol.

In fine legitur, folio verso : *Aristotelis viri sapientissimi ad Nichomacum decimus et ultimus liber finit feliciter.*

Finit per me Nicolaum Florenciæ.

EXEMPLAR ELEGANS.

Operi præmittitur præfatio Argyropyli ex 3 foliis, ad Cosmum Medicem.

Signaturæ incipiunt a B ad R. Vid. Pinelli *catalog. Tom.* 1°. *pag.* 216.

16 L. Asconii Pediani commentarium, in Ciceronem. *Impressum Venetiis per Joannem de Coloniâ, et Manthen de Geretzem.* (1477.)

Georgii Trapezuntii opus de artificio Ciceroniano. *Venetiis*, 1477. In-fol. m. r.

EDITIO PRINCEPS.

17 Summa Astexani. In-fol. Tomi duo, m. r.

Tomus primus incipit sic : (duo enim verba suprà relata a Miniatore, unciali charactere, aurei coloris, scripta sunt;)

Upiens ego fr artexan9 cõ
pilator hui9 sũme ad hono=
rem dei utilitati cõmuni S9=

Et desinit cum libro quarto, ita ut ultima columna quæ est secunda folii recti, habeat 49 lineas, dùm cæteræ habent 62.

Tomus verò secundus sic :

incipit liber qũitus sũme astexani qui trac
tat de sacmento pñie ti primus.
Jnita qrta pte hujus libri.

Et terminatur folio verso, cum tertiâ columnâ 59 linearum, duo deindè sequuntur indices. In fine primi Miniator scripsit 1843.

In summitate folii primi Tomi primi Miniator eumdem annorum numerum adjecit.

Tituli omnes in hac editione imprimuntur. Caret signat., num. et custod.

Licèt autem iisdem characteribus usus fuerit

in hac edit. Mantelius, ac in præcedenti N°. B. 4, attamen toto cælo differunt inter se, neque convenit cum tribus aliis editionibus a Denis, N°. 4261 et sequentibus, descriptis.

Characteribus Mantelianis prodiisse extra dubium est; undè secunda foret ejusdem libri editio cum illis vulgata: primam enim suprà retulimus.

Exemplar est elegantissimum.

18 Summa de casibus ad honorem Dei compilata per fratrem Astexanum de ordine fratrum minorum. In-fol. Tomi duo, m. r.

Tomus primus sic incipit:

enerando in xpo patri
et dño. Domio johãni
gaijetaõ d' urbe diviã
pvidentia dignissimo.

Tomus verò secundus incipit a libro quinto, et terminatur folio verso cum columnâ tertiâ, et folio sequenti incipit index materiarum 10 foliorum, qui sic incipit:

upiens ego fratrer astaxan⁹
cõpilaior hujus sũme ad ho

norē dei utilitati cōmuni ser
vire etc.

Signaturæ, numeri et custodes desiderantur. Columnæ integræ pro solito sunt 64 linearum, sed sæpè sunt irregulares numero; ultima etiam operis habet 64.

Character autem videtur pertinere ad Michaelem Reyser Eustadiensem. Denis, N°. 4260, et sequentibus, tres refert editiones ac describit; sed ex illis quælibet ab hac discrepat.

Exemplar est elegans et compactum in duo volumina.

19 Traductio nova problematum Aristotelis, ad Nicol. V. Pontificem, per Theodorum Gazes Græcum, per particularum divisionem. In-fol.

In fine legitur: *Domino Lodovico de gonzagha marchione, ibidem tunc regnāte per Johanne Vurster de Compidona et Johanne Baumeister socios volumen impressū3 finit feliciter.*

Præest folium exhibens titulum modò relatum et indicem problematum XX. Et in fine quinque sunt folia tabulæ materiarum.

Editio elegans ex eodem charactere quo *Pe-*

trus de Abano, quæque ad minùs est ejusdem anni.

Vid. Denis, N°. 4230; et la Vallière, N°. 1231. Contra Saxium hanc reponere volentem in *catalogo libror. Mediolanensium*, meritò insurgit Camillus Volta *in saggio storico della Typographia Mantovana, in Vinegia*, 1786; in-4°.

20 Sancti Augustini de trinitate libri V. In-fol. maximo, m. r.

Columnæ integræ ex 47 lineis, et ultima quæ est secunda folii versi, habet 5, quarum duæ posteriores sic:

Aurelii Augustini episcopi liber de trinitate finit feliciter.

Capitulorum tituli manuscripti sunt, nec occurrunt signaturæ, nec custodes, nec numeri.

Genuina autem forma characteris eadem est prorsùs ac Henrici Ariminensis, *de* IV *virtutibus*, *impr. Argentinæ*, de quo ad annum 1472.

Quis autem fuerit ejus Typographus? ignoratur, non diffitente ipso Placido Braun, a quo accuratè describitur, tanquam Bibliographis præcipuis ignota editio, pag. 83; et Denis, *suppl. Maitt.*, N°. 4283, et Seemiller, fasciculo primo, pag. 35.

21 Sanctus Augustinus de conflictu vitiorum, et machina virtutum, (*Paris, Pierre Cæsaris.*) In-4°. m. r.

Ultima pagina est 24 linearum; ex foliis 17; Absque signaturis, circa 1473.

Editio elegans et ignota.

22 Famosus Beati libellus de vita xpiana intitulatus : *qui viris ecctiasticis* etc. In-4°. m. r.

Capitali charactere incipit : *prologus libri Beati Augustini de vita Christiana.*

Ille autem prologus occupat folium primum in cujus fine, folio verso legitur : *explicit prologus incipit liber Beati Augustini de vita Christiana.*

In fine verò : *explicit liber beati Augustini de vita Christiana. Hic beati Augustini libellus parentilis et famosus in civitate Spirensi est impressus.*

Compactum erat opusculum hoc cum altero ejusdem omninò characteris : *postilla Scholastica super apocalipsim et cantica canticorum.* Vid. ad annum 1471.

In hujus fine extabat annus 1471. Undè meritò infertur Spiræ ab hoc anno extitisse Typographos.

Fueritne Petrus Drach aut alter, ignoratur? Utriusque autem libelli character est nitidus ac quadratus, excepto V, consonante gothico. Paginæ integræ sunt 32 linearum, absque signaturis. Foliis constat 14.

Fugit huc usque apud Bibliographos libri hujus notitia; quantumvis igitur legitima sit observatio Abbatis St. Leger, pag. 52, sui *supplementi ad historiam Typographiæ*, *Prosperi Marchand*; vera minùs erit ejus assertio, nullum extare librum in Spira impressum, ante annum 1477. Vid. ad annum 1472, Henricum Ariminensem.

23 Della Citta di dio di S. Agostino libri XXII. In-fol.

Ex charactere minuto elegante, terminatur cum signaturâ H. V. cum litteris deauratis.

Paiton Tom. primo: *Degli autori Volgarizati versionem hanc dicit Jacobi Passavantii*, eamque principem appellat, locumque habet inter auctores collectionis dictæ *de la Crusca.*

Vid. Pinelli Catalogum, N°. 29; et la Vallière, N°. 460.

24 Compendium litteralis sensus totius Biblie seu divine scripture. editum a

fratre petro aureolo, ordin. minor. In-fol.

Absque signaturis et numeris, et paginæ habent 35 lineas.

Pagina ultima terminatur sic: *explicit feliciter*; cum 27 lineis.

Denis, *suppl. Maitt.*, refert exemplar unum quod, anno 1475, fuit emptum. Prodiit ex officinâ Georgii Husner, et Joannis Beckenhub Argentorati, Si Placido Braun, pag. 32, credatur.

Accuratè autem a duobus memoratis describitur.

25 Bartholomeo dalli sonetti jsolario, cum figuris Geographicis penna delineatis. In-4°.

Opus metricum est, auctoris nomen, pag. 5, sic legitur:

Per aprobar questa opereta fata per me Bartolomeo da li sonetti intendo de monstrar con veri effeti quanto che londa egiea abia cerchatta..... quindece volte intrireme son flatto oficiale e poi patrono in nave.

Character gothicus est; sed chartæ Geographicæ eleganter depictæ sunt. Per pauca exemplaria vulgari potuit auctor, propter figurarum

quantitatem et qualitatem ; nam omnes miniatæ sunt. Ait enim, paginâ tertiâ :

Con le mie propie man picta o ciaschuna
e in sto picol volume le agio poste
chome a piaciuto a la bona fortuna
con soi sonetti in settantadoe poste
a honor de christo. etc......

Numeratis sonettis et chartis constat 56 foliis ; absque numeris, signaturis, et custodibus.

Extabat etiam rarissimum hoc opus apud Pinelli, Tom. IV, pag. 309.

26. Descrittione de Magno Torniamento di M. giov. Bentivogli in Bologna, 1470. In-4°. m.

Absque ullo titulo incipit hoc versu ;

Per quello excelso e gloioso fructo.

Et terminatur cum folio 68, cujus ultimus versus sic habet :

Al uostro honor nō uoglio cātar piue.

Ultima autem pagina auctorem sic manifestat :

Io me chiamo francesco pouerello,
cieco nel mondo cum gran ricadia

Nacqui in firenze : hor riposo a quello
a cento : sotto la gram signoria
de bolognesi quel nobil castello
per fama : per gloria : e per honore
ho facto questa istoria ꝑ suo amore.

Caret numeris, signaturis, custodibus, titulis, et anni, loci ac Typographi notâ; sed character pertinere videtur ad Azzoguidi, circa 1471. Omnis pagina habet 24 versus.

Pro Torneamentorum historiâ antiquâ haberi debet opus præsens, tanquam monumentum utile.

OPUS LONGÈ RARISSIMUM.

Annum Torneamenti edocet tertia pagina, his duobus versibus :

Correndo el mille, quatro cento sectāta
adi quattro dottobre messo il conio
come la storia apertamente canta, etc.

27 Sti Bernardi Abbatis Clarevallensis epistolæ 196, quibus accedunt;

De miseriâ et brevitate vitæ.
De tentationibus et odio.
De bonâ et malâ voluntate.

Speculum super emendatione vitæ hominis religiosi.

De gratiâ et libero arbitrio.

Apologia Sancti Bernardi ad Cluniacenses de concordia ordinum.

In-fol. m. r.

Terminatur volumen indice epistolarum ex triplici folio. Columnæ integræ habent 60 lineas.

Vid. Seemiller, *fasciculo primo*, ubi affirmat, pag. 139, fuisse impressum, circa 1470; et Placid. Braun, pag. 26. Ab utroque autem editio illa prælis Eggestein attribuitur, accuratèque describitur a Denis, *suppl. Maitt.*, N°. 4371.

Absque signaturis, numeris, custodibus, etc.

28 Sancti Bernardi opuscula, scilicet :

De diligendo Deo.

De sacramento Altaris.

Libelli duo ad fratres de monte Dei.

Ejus apologeticum contra Monachos nigros reprehendendo eos de abusione in cibis, potibus et edificiis, etc.

De præceptis et dispensationibus.

De libero arbitrio et gratiâ.

De consideratione libri V, ad Eugenium Papam.
Et ejus meditationes.
In-fol. m. r.

Operi præest folium exhibens hunc indicem. Quævis columna est 40 linearum. Et terminatur cum columnâ secundâ folii recti, his verbis: *expliciunt meditationes Beati Bernardi Abbatis Doctoris melliflui.*

Absque signaturis, custodibus, et numeris etc. Et character videtur esse Petri de Olpe Coloniensis Typographi, circa 1477.

Fusè de hoc Placidus Braun, pag. 68, ubi rarissimam ac penitùs ignotam editionem appellat.

29 Bernardini de Senis tractatus, seu sermones de contractibus et usuris. In-fol. m. r. (*Argentinæ.*)

Ex foliis CLXII, sic numeratis: præcedunt septem folia indicis. Paginæ ex 32 lineis; ultima tantùm ex 13, quas verba hæc subsequuntur: *Laus et honor Deo.* Folia non signantur, sed numerantur modo Romano. Character autem idem est ac *Henrici Ariminensis Argentinæ impressus*; ejusdemque circiter temporis.

Denis, *suppl. maitt.*, affirmat se habuisse exemplar cui manu inscriptum erat 1476. Vid. hunc, N°. 4368.

30. Geographia Di Francesco Berlinghieri Fiorentino divisa in VII giornate in Terza rima. In-fol. m. citr.

In fine legitur : *impresso in Firenze per Nicolo Todescho et emendato con somma diligentia dello auctore.*

EXEMPLAR ELEGANS ET COMPLETISSIMUM

Præmittuntur folia duo ; primum habet, folio recto, indicem regionum in quâvis tabulâ Geographicâ exstantium ; est ejus verso, epistola metrica auctoris ad Fredericum Ducem Urbinatem : secundùm verò ad recto album est, et ad verso legitur : *in questo volume si contengono septe giornate della geographia di francesco Berlingeri Fiorentino allo illustrissimo Federigo Duca durbino.*

Cum folio tertio incipit titulus et caput primum libri primi ; terminatur opus cum registro signaturarum, in cujus fine legitur relata subscriptio. Litteræ principales, sicut et figuræ, auro et coloribus miniatæ sunt, et quidem eleganter.

Quia autem volumen hoc completu difficil-

limum est, quandò deest folium registri, (quod frequenter evenit,) ideò folia numeranda sunt; maxima enim est in signaturarum ordine irregularitas.

Sunt igitur, et esse debent, textûs folia 122, et numerato registri folio 123; sunt verò chartæ geographicæ æri incisæ 31, hoc est Mappamonda; 10 pro Europâ; Hispania novella; Gallia novella; et novella italia; pro Libyâ et Affricâ 4; pro Asiâ 12; et Palestina Moderna ac terra Sancta.

Franciscus Berlinghieri fuit discipulus Marsilii Ficini. Ante annum 1482, prodiit illa geographia dicata Urbinati Duci, qui e vivis excessit, anno 1482.

De hoc libro rarissimo multa disseruit Abbas Saint Leger, *Lettres au Baron de Hesse*, *pag.* 13; sed non omnia conveniunt cum hac nostrâ descriptione. Vid. etiam David Clement. *Tom. III*, *pag.* 189. Extabat apud Crevenna et Pinelli, Tom. IV, N°. 1863. Hæc adde catalog. la Vallière, N°. 3641.

31 Epistolæ Card. Bessarionis ad Fichetum. *Paris per Uldar Gering.* (1472.) In-4°. v.

Exemplar hoc habet singularitatis, quod prima Bessarionis

Bessarionis epistola ad Fichetum sit anni 1470; et quod, præter varias epistolas Bessarionis, ejus orationes pro bello Turcis inferendo, de periculis Italiæ imminentibus, versionemque orationis Demosthenis unius contra Philippum; referat varias epistolas manuscriptas Bessarionis ad Fichetum, aliosque hujus sæculi peritos. Et terminatur epistolâ unâ Rectoris et Universitatis Parisinæ ad Cardinalem, datâ in illius congregatione generali, apud sanctum Mathurinum, anno 1472, quâ gratias ipsi exhibent pro variis libris Universitati a Cardinale mandatis. Pars impressa, est 39 foliorum, quorum pagina ultima est 18 linearum.

Editio ad minùs anni 1472, Parisiis, Ulrici Gering. Vid. Debure, N°. 4125. Vid. Chevillier, pag. 33, ubi hæc editio refertur.

32 Exposition et déclaration de la Bible, tant du vieux que du nouvel testament, selon de Lyra et autres; corrigé par Maître Julien Macho. (*Impr. Lyon, Buyer* 1477), cum figuris miniatis. In-fol. parvo. m. r.

In fine legitur sequens subscriptio:

Cy finist ce présent livre qui est dit la vraye exposition et déclaration de la Bible, tant du vieil

que du nouvel testament, selon de Lyra et autres Docteurs qui ont prins payne à déclarer le tieuste de la Bible, lequel livre avant qu'il aye esté mis à l'impression a esté veu et corrigé par vénérable Docteur Maistre Julien Macho religieux de l'ordre Saint Augustin de Lyon sus le Rosne.

Et subitò manus coæva addidit 1477.

Opus incipit cum Genesi et terminatur cum Apocalypsi. Folia in columnas dividuntur, et opus terminatur cum signaturâ CC v.

Summaria paginarum in superiori parte imprimuntur, figuræque miniantur. Opus longè rarissimum et penitùs ignotum; cujus characteres pertinent ad eorum formam quibus Bartholomeus Buyer utebatur Lugduni, pro *novo Testamento*, *anni* 1477.

EXEMPLAR ELEGANS.

33 Biblia Sacra Latina. *Basileæ.* In-fol. Tomi duo, m. v.

Tituli sunt manuscripti. Tomus primus terminatur cum psalterio et cum quartâ columnâ quæ habet 48 lineas, dùm cæteræ, integræ, sunt 50 linearum. Tomus verò secundus incipit a proverbiis; et linea I[a]. sic habet: *jūgat epistola q°s*;

et columna hæc habet 46 lineas impressionis, cæteræ verò 48, ultima quæ tertia est ultimi folii habet 30. Uterque tomus caret signaturis, numeris et custodibus. Sed ut dictum est, discrepant in linearum quantitate et in litteris principalibus quæ in Tomo primo desiderantur, et in Tomo IIº. ligno incisæ sunt ac miniatæ. Singularitatem hanc solvit Placidus Braun, pag. 53, probans ex *Conradi (a Mure) Thuricensis repertorio Basileæ impresso per Bertholdum*, volumen primum hujus Bibliæ procedere ab hoc eodem Bertholdo, dùm Tomus secundus a Richelio Basileæ impressus est; quod probatur ex litteris principalibus quæ eædem omninò sunt ac illæ quibus pro variis Bibliorum editionibus usus est.

Hoc autem posset exponi dicendo quod Richelius characteres Typographiæ Bertholdi comparaverit.

Quantùm ad Bertholdum, fuit unus ex Guttembergii sociis, initio artis inventæ; quod probatur ex *laudo*, *anni* 1455, *inter Faustum et Guttemberg*. De quo vid. Meerman, *Tomo primo pag.* 34, *origin. Typog.*, et etiam Schwartz, *primaria documenta*, *parte primâ*, *pag.* 7. Bertholdus erat patriâ Hanovianus.

De tempore autem quo prodierunt Biblia illa,

dicit Laudatus Braun: *quoad impressionis annum vix non omnes litterati, qui hæc Biblia critico perlustrarunt oculo, in hoc conveniunt quod nempè intra annos* 1460 *et* 1465, *fuerint prælo subjecta, post horum Typographorum migraōm e Moguntiâ.*

34 Biblia Sacra Latina. In-fol. Tomi duo m. r.



In primo Tomo, primæ columnæ titulus est manuscriptus, undè columna prima constat 54 lineis, et terminatur cum quadragesimâ lineâ columnæ secundæ psalterii, quæ sic habet:

Ritus laudet Dominum Alleluia.

In Tomo secundo, titulus etiam manuscriptus est, et incipit: *a parabolis.* Columna prima habet etiam 54 lineas, et clauditur Apocalypsis cum primâ columnâ 43 linearum, quarum ultima sic habet:

Domini nostri ihesu xpi cū omnibus vobis amē.

Columnæ integræ, in utroque Tomo, sunt 56 linearum. Tituli omnes manuscripti sunt, et character vix gothicus, singularis est elegantiæ, ejusdemque formæ ac *Plutarchus*, N°. 5572, catalogi la Vallière, cùm R cujus specialis

hìc exhibetur figura ; de quâ vide dicenda ad *Matth. Sylvatici Pandectas Medicinales.*

Meerman *origin. Typogr. Tomo secundo , in indice , pag.* 286 , suspicatur prodiisse ante annum 1472 , apud Gunther Zainer. Nihil elegantiùs , quoad nitorem , conservationem et ligaturam potest desiderari ; omnesque litteræ principales et capitales auro ac coloribus ornantur.

35 Biblia Sacra Latina ; ex charactere Richelii , (circa 1473.) In-fol. Tomus primus.

Iidem prorsùs sunt typi eædemque litteræ majores ac editionum annorum 1475 et 1477 ; undè nitidior apparet , ratione novitatis tantùm in charactere , et albedinis in chartâ.

Columnæ sunt 48 linearum. Tituli librorum , in superiori parte paginarum , manuscripti sunt , et terminatur cum psalterio et quartâ columnâ quæ habet 38 lineas , quarum ultima sic habet : *nis spiritus laudet Dominum Alla* .

Primæ columnæ titulus rubro charactere imprimitur et eo numerato , constat 47 lineis.

Tomus hic præcedere debuit antiquitate editiones annorum 1475 et 1477 , in quibus

tituli librorum in parte superiori imprimuntur; dùm in hoc manuscripti sunt.

36 Flavii Blondi Romæ triumphantis libri X. In-fol.

Character idem apparet ac *Livii Ulrici Han Romani Typographi*. Caret signatur., numeris et custodibus. Extabat apud Pinelli, N°. 5935, Tomi tertii.

Præmittitur epistola Blondi ad Pium II Papam; et absque ullâ subscriptione terminatur, folio recto, sic: *Finis*. Editio originalis.

Paginæ habent 41 lineas et ultima 21.

37 Boetii de consolatione philosophiæ libri V. In-fol. m. r.

Terminatur sequentibus versibus:

Hic mea de prora in littus jactetur aptum
Anchora: parva cadant ducentia vela faselum.
Finit liber Bohecii de consolatione Philosophiæ.

Imprimitur ex charactere quo Fredericus Biel et Michael Wensler utebantur pro *Gasparini Pergamensis epistolis* quibus uniebatur in eâdem compacturâ. Character ille dignoscitur hac litterâ 𝔙. Paginæ constant 30 lineis.

38 Joannis Boccacii de Certaldo de mu-

lieribus claris ad Andream de Acciarōlȝ de Florētia Altevillæ comitissam liber. In-fol. m. r.

In fine verò legitur :

Explicit compendiū Johānis Boccacii de Certaldo quod de præclaris mulieribus ad famā ꝑpetuam edidit feliciter.

Paginæ constant ordinariè 35 lineis et ultima 29.

Caret signaturis, numeris et custodibus. Character verò pertinet ad Georg. Husner Typographum Argentinensem.

39 Authoritates utriusque Testamenti, (opus Sti Bonaventuræ.) In-fol. m. r.

In fine legitur :

expliciunt auctoritates utriusqȝ testamēti.

Duplici constat columnâ. Ex charactere propiùs accedente ad eum quo Fyner utebatur Eslingæ. Exemplar hoc, caret titulo : hinc vacuus illius locus ; in illo verò quo utebatur Dominus Denis, *suppl. Maitt.*, N°. 4310, se legisse dicitur :

Incipiunt authoritates utriusque testamenti per venerabilem Dom. Bonaventuram collecte. Qui forsàn titulus manuscriptus erat ; sicut amanuensi charactere ; in fine legebatur emptum fuisse anno 1472.

Columnæ integræ sunt 42 linearum. Signaturæ, numeri ac custodes desiderantur.

40 Dominici Bollani artium et philosophiæ Doctoris filii magnifici Domini Candiani (*) in questionem de conceptione glorios. V. Mariæ ad Nicol. Marcellum. In-fol. m. r.

Constat 30 foliis, et pagina quævis 35 lineis. Character est ex genere illius Typographi de quo vide N^um^. præcedentem 34.

Character igitur nec gothicus est, sicut affirmat Denis, N°. 4438, nec certè Venetiis impressus, cùm, non diffitente Debure, ignoretur quis Typographus ille fuerit, licèt aliundè characteres editionis apprimè cum nostrâ conveniant.

Hanc ante 1476 prodiisse concluderem, ex eo quod in editionibus a David Clement, et

(*) Freytag legebat in suo : *Landiani*,

Freytag *apparat. litterar. Tom.* 1°., *pag.* 201, annectatur ipsi Bulla Sixti IV, *circa festum Conceptionis*, data anno 1476, Vid. Gaignat N°. 290.

41 Pharetra, auctoritates et dicta SS. Doctorum, Philosophorum et Poetarum disposita ordine alphabetico continens. In-fol. m. r.

Incipit his verbis : *In cōuersionis mee primordio cū pro mētis recreacōe sanctor., auctes legerē* etc.

Terminatur verò sic : *Qui affert stellas pluvie et effundit ymbres ad instar gurgitū.*

Ultima hæc columna, quæ est folii tertia, habet 40 lineas, cæteræ verò 50. Desiderantur custodes, numeri et signaturæ. Dubitant nonnulli opus hoc pertinere ad Sanctum Bonaventuram; sed hoc extra dubium esse existimo : 1°. quia auctores Ecclesiastici huic Sancto Doctori adscribunt opus unum sub hoc titulo *Pharetra*; 2°. quia in indice auctorum ac dictorum, quorum auctoritate usus est auctor, enumerantur Theologi omnes, imò et posteriores tempore Sancto Bonaventuræ, absque eo quod ille recenseatur; 3°. in collectione operum Sancti Bona-

venturæ factâ *Coloniæ per Koeloff*, *anno* 1489; extat ejus Pharetra, quæ iisdem omninò incipit verbis ac præsens; licèt opus totaliter discrepet, in hoc materiæ ordine alphabetico disponuntur; editio verò Coloniensis in IV libros dividitur. Editionem hanc e prælis Mantelii prodiisse probat Braun, pag. 17, et quidem ante annum 1473, pag. 16. Emptum enim fuerat hoc volumen unà cum *epistolis Sancti Augustini* et cum *Fortalitio fidei*, (ex editione Mantelii) per *Monasterium Faucense a Joanne Schusler*, 18 *florenis*, *anno* 1472. Hinc infert Braun Mantelium, ante annum 1473, jam rotondo charactere usum fuisse. Operi prævia sunt folia sex indicis, et cum septimo incipit textus sic: *De Abbate*: et prima hæc littera principalis videtur ligno incisa.

Alia antiqua editio Frederici Creusner, apud Braun, pag. 88, refertur, ubi de auctore libri agitur.

42 Sancti Bonaventuræ Soliloquium. In-fol. m. r.

In fine folii versi legitur: *explicit Soliloquium venerabilis bonaventuræ*. Ex 24 foliis; paginæ sunt 41 linearum et character pertinere videtur ad Fyner, circa 1474. Vid. Denis *suppl. Maitt.* N°. 4446.

Ejusdem Breviloquium fratris Bonaventuræ generalis ministri fratrum minorum.

Prima pagina ex 36 lineis. Tituli in superiori parte imprimuntur. Caret signaturis. A Denis, N°. 4443, post Zapf recensetur, prodiisseque videtur ex officinâ Sorg in Augustâ, circa 1476.

43 Tractatus Sancti Bonaventuræ de stimulo conscientiæ. In-fol. m. r.

In fine columnæ primæ folii versi legitur: *explicit parvum bonū Boneventure sive stimulus constientiæ. Deo gratias.*

Columna ultima habet 31 lineas, opus verò 10 folia; absque signaturis, etc.

Character idem est ac *Henrici Ariminensis*, ex Spirensi editione, circa 1472.

44 Bonaventuræ tractatus utilis de confessione. (*Paris*, *Petrus Cæsaris.*) In-4°. m. r.

Ex 30 foliis; pagina ultima habet 23 lineas. Habet signaturas in interiori margine, ad lævam quorum ultima: *d 8.*

Pro libello hoc videntur Parisini Typographi excogitasse primum usum signaturarum. Quod

jam observaverat ante me auctor catalogi Crevenna, Tom. I°. N°. 868.

45 Tractatulus seu summa brevis de sponsalibus, et matrimoniis famosissimi juris utriusq3 inter,ptis Jōhis Ant. Bononien. utilis ac fere necessarius omnibus animarum curam regentibus. In-fol. m. r.

In fine legitur : *finis hujus*. Ex charactere quo *Salustius*, *N°*. 4889 *la Vallière*. Pagina ultima ex 28, et prima ex 32 lineis ; absque signaturis, opus ex novem foliis. De quo vide Denis, N°. 4176.

46 Liber tertius causarum civilium extractus a proprio originali camere communis Bononie, etc. In-fol.

Character est elegans. Quædam occurrunt signaturæ in medio voluminis ; et opus terminatur duobus foliis indicis, in quorum fine est registrum.

Editio hæc Bononiensis videtur, circa 1475.

47 De vita et moribus philosophorum et

Poetarum, (*Burley.*) In-fol. m. r.

Terminatur folio verso cum hac lineâ :

Explicit vita philosophōr 1848 (1474)

Paginæ habent 31 lineas et ultima 26. Operi præmittitur index alphabeticus virtutum et vitiorum in Philosophis, et alter sequitur vitarum in opere contentarum; ex 6 foliis. Caret signaturis, numeris et custodibus; et miniator adhibuit annum 1474.

Character verò idem est ac ille quo Coburger, anno 1473 usus est pro *Boetii consolatione.*

Eadem videtur editio de qua Debure, N°. 1267, quamque prodiisse testatur, anno 1472, cum Honorio *de origine mundi*, et Alcinoi *de disciplina Platonis.*

48 Trattato contra il peccato della lingua compilato per frate Domenico Chavalcha da Vico Pisano frate predicatore. In-fol. en vélin.

In fine legitur, folio verso : *finit per Nicholaum florentie.*

Deo gratias amen.

Signatura ultima Q 2. Sed prima constare debet

10 foliis. (Secunda verò in hoc exemplari transponitur).

De hac rarissimâ editione, vid. Abbatem St. Leger, *lettre au baron de H*** et catalog. Crevenna, *tom.* 1°., *N°.* 860, et catalog. la Vallière, *N°.* 651. Caveas tamen numerare 30 in paginis lineas, sicut ibi asseritur; sunt enim 31. Probat etiam P. Fineschi, in suâ *Notizia sopra la stamperia de Ripoli*, Nicholaum hunc exercuisse in hoc Monasterio typographiam cum Dominicanis ab anno 1477.

49 Libro de la Divina providentia composto in vulgare da la seraphica vergene Sancta Chaterina, etc. In-fol. vélin.

In fine legitur : *finisse el libro de la providentia divina da la spoxa de xpto sancta chaterina da siena de lordine de frati predicatori.*

Fusè de hac editione disseruere catalogi la Vallière, N°. 748, et Pinelli, N°. 82. Undè et ego cum Dom. Morelli affirmare non dubito characterem hujus editionis longè discrepare ab eo quo usus est Tarvisii Gerardus de Lisa pro libro Capretti, seu Hædi *de amoris generibus*. Et factâ comparatione hujus cum opusculo Sanctæ Catharinæ Bononiensis, quem apud Augustinianos Ge-

nuenses tractavi, perfectè convenire inter se deprehendi, et utrumque Bononiæ prodiisse typis Azzoguidi Bononiensis circa 1472.

Constat 147 foliis. Columnæ integræ sunt 40 linearum.

50 Joh. Balbi vocabularium Catholicon. In-fol. Maximo, m. r.

Incipit summa quæ vocatr Catholicon edita a fratre johanne de janua ordīs fratr p̄dicatoṝ. Talis est titulus.

Terminatur verò folio verso cujus prima columna, quæ ultima est vocabularii, habet 65 lineas; et cum sequenti columnâ, quæ est quarta ultimi folii, legitur : *Operis totius conclusio.* Ex 23 lineis.

Columnæ verò integræ constant ex 67. Deficiunt signaturæ, numeri et custodes. Character idem quo Mantelius usus est pro *Speculis Vincentii Bellovacensis* et pro *Mathæo Sylvatico*, et in eo sæpè occurit Ꝝ singularis.

Inter Bibliographos nonnulli editionem hanc antiquiorem eâ quæ prodiit Moguntiæ anno 1460, affirmarunt, inter quos Prosper Marchand, *histoire de l'imprimerie*, *pag.* 37, sed maximè *partie seconde*, *pag.* 134, ubi deducit causas suæ assertionis.

Fournier verò, *origine de l'imprimerie primitive en taille de bois*, *Paris* 1759, *in-8°.*, *pag.* 85, positivè affirmat, post institutam comparationem hujus editionis, cum *speculis naturali et historiali* a Mantelio *impressis Argentinæ*, hanc etiam ab eodem Typographo fuisse vulgatam. Hinc igitur, ex testimonio peritissimi in hac materiâ judicis, conclusio naturalis sequitur.

1°. Vocabularium hoc librosque ex eodem charactere, prodiisse typis Mantelianis.

2°. Litteram R quæ occurrit in hoc volumine pertinere etiam ad eamdem officinam adeoque licitum esse Mantelio tribui libros in quibus occurrit hæc littera singularis, quod eò probabiliùs videtur, cùm omnes illi careant semper notâ loci, anni et Typographi; quam constanter methodum habuit Mantelius, ab anno 1458, ad annum 1473.

Hæc vocabularii editio extat Parisiis apud Sangenovefanos, qua usus est Fournier, ipso teste, pro hac instituendâ collatione.

In hac autem, sicut et in editione anni 1460, sæpè, et pro solito, occurrit caput Bubuli, qualiter inciditur apud Schwartz, *in primariis documentis*, *fig.* 3ª.; et quandoque Rosa qualiter *idem*, *fig.* 13. pro chartarii signo

Editio

Editio hæc caret indice quem habet *Moguntina anni* 1460.

Meerman, *origin. typog. parte secundâ, pag.* 99, de hac editione ait: *dubium relinquitur an Manteliana hæc editio, prior vel posterior sit Augustanâ anni* 1469.

Legitur in exemplari Metropolitan. Moguntinæ *fuisse emptum, anno* 1476, 13 *florenis*, teste Gudenio *in sylloge primâ varior. Document.*, *pag.* 341.

Exemplar verò editionis Moguntinæ, anni 1460, teste Meerman, anno 1465, veniit 41 scutis.

51 Concordantiæ magnæ Bibliorum ex novâ methodo et correctione fratris Conradi (de Halberstat) de Alamannia, ord. Prædicat. In-fol. m. r.

Sub columnâ triplici imprimitur quarum ultima habet 10 lineas, et columnæ constant 66 lineis. Caret signaturis, numeris et custodibus.

His verbis incipit:

Vilibet volen
ti requirere con
cordācias in hoc
libro, etc.....

Sic verò terminatur : *expliciūt cōcordaē frīs ꝯradi d allemaia.*

De primâ hac Concordantiarum editione disseritur apud Braun, *pag.* 7 *et sequent.*, ubi Mantelio Argentoratensi adscribitur.

52 Interrogatorium, sive Confessionale ꝑ venerabilem fratrem Bartholom. de Chaimis de Mediolano, ordinis minorum, etc. In-fol. m. r.

Folio ultimo recto leguntur 24 versus quorum primus sic habet :

Si quem peniteat ſcelerum culpamque fateri.

Et sequuntur sex posteriores ac ultimi :

Nec mora Chriſtoforus populum coiiſſe fidelem,
Valdafer attenta protinus aure notat.
Exsaturemus, ait, dignandis agmina votis.
Deq3 Rhatispona quin damus artis opem.
Civibus, hinc nostris Mediolanoq3 potenti
Impressit magnum maximus auctor opus.

Character gothicus est absolutèque idem quo usus est Martinus Flachen in imprimendo *speculo vitæ humanæ*, anno 1475.

Paginæ habent 36 lineas et ultima 27 ;

absque signaturis, numeris et custodibus.

53 Interrogatorium sive Confessionale per venerabilem fratrem Bartholom. de Chaimis de Mediolano, ord. minor, etc. In-fol. m. r.

In fine leguntur iidem 24 versus ac in editione de quâ suprà dictum est referre formam characteris quo Flachen utebatur. In hac verò, versibus adduntur hæc verba: *Deo gratias*; et fraudulenta manus adjecit hunc librum emptum fuisse *Venetiis*, *anno* 1471.

Character etiam gothicus est, et ejusdem omninò formæ ac *Henrici Ariminensis de quatuor virtutibus Cardinal.* in cujus fine legitur: *Argentinæ fuisse impressum.* Vid. ad annum 1472.

Paginæ habent 32 lineas et ultima 23, absque signaturis, custodibus ac numeris.

Quantùm ad hanc duplicem *Confessionalis* de Chaimis editionem ex charactere toto cœlo diverso, licèt Valdarferi nomen utraque exhibeat, sequentia observantur: 1°. verisimillimum esse neutram emersisse e prælo Christophori Valdarfer, tum quia nullus apparuit liber huc usque alter, sub hujus nomine, qui exhibeat eamdem formam characteris;

H ij

tum quia Valdarfer librum hunc impressit quidem Mediolani, anno 1474, sed ex formâ in-8°., teste Argelati *ad hunc annum.* Undè (quod tacuit iste) scire exoptarem utrùm in illâ editione, anni 1474, reperirentur versus suprà relati. Adde etiam duplicem hanc editionem, ex charactere omninò diverso, et quidem gothico, quem aliundè Typographum hunc adhibuisse non constat, plurimùm hanc meam juvare assertionem.

2°. Non minus probabile esse, ad imitationem editionis Valdarferi, excusam hanc fuisse in Germaniâ, ubi versus subscriptionis sicut et auctoris textus, aut ex ignorantiâ, aut ex consilio adamussim imitati fuerunt.

3°. Nihil in contrarium facere Placidi Braun auctoritatem, dùm, *pag.* 80 et *sequent.*, refert varios auctores, ex hoc eodem charactere editos, quos Valdarfero adscribit; quia sic se gessit virtute tantùm voluminis illius de Chaimis: in aliis enim omnibus tacetur nomen Typographi; et in contrarium adducimus conformitatem characterum cum editione Henrici Ariminensis quæ Argentinæ prodiit.

4°. Non semper fidendum esse versificatoriæ subscriptioni unius editionis. Fraus enim jam decimo quinto sæculo invaluerat; et ex ignorantiâ

quorumdam Typographorum hoc sæpè processit. Sit in exemplum Francisci de Platea *tractatus de usuris* quem vulgavit Koelhoff, anno 1474, ubi iidem reperiuntur versus, ac nomen Bartholomei Cremonensis, qui hunc Venetiis, anno 1472, impresserat. Ex quo inferri posset tantùm primam editionem illius operis reipsà processisse ex prælis Typographi, cujus nomen in cæteris apparet.

54 Tractatus peroptimus de animabus exutis a corporibus, editus a fratre Jacobo Doct. ordinis Carthusiensis Erffordiæ. In-4°. m. r.

Litteræ principales ligno inciduntur, absque signaturis. Prima pagina ex 29 lineis, et ultima ex 11; character autem pertinet ad Conradum Fyner, circa 1474; ex 26 foliis.

55 Joan. Chrysostomi sermones in Job, ex versione Lilii Tifernatis. In-fol. m. r.

Constat 30 foliis, unà cum opere sequente; character verò pertinet ad Conradum Fyner.

Huic adjungitur sequens:

Alberti magni liber de adhærendo Deo. In-fol. m. r.

Pagina prima ex 37 lineis et ultima ex 33 : ex charactere Fyner in Eslingen.

56 Sermones Beati Joannis Crisostomi quinque et viginti per Cristoforum personam priorem Ste Balbine nuper e Græco in Latinum traducti ac Reverendissimo Dño Dño Marco Barbo et Veneto Cardinali Sti Marci viro omnium laude cumulato dedicati et infrascripti. In-fol. m. r.

Talis est titulus manuscriptus. Huic autem præest epistola dicatoria ad hunc Cardinalem et index novem foliorum.

Sermones sequitur epistola Sancti Chrysostomi ad Theodorum, et folio recto terminatur volumen cum 15 lineis.

Exemplar hoc fuit Cœlestinorum ex Marcoussy, ab anno 1474. Romæ verò, anno 1470, prodiisse apud Laver creditur. Vid. catalogum la Vallière, N°. 399; Audiffredy, pag. 360, et Denis N°. 4658. Licèt folia non signentur nec numerentur, index ea tamen numerata supponit.

57 Joannis Chrysostomi sermones in Psalmum *miserere*. In-4°. m. r.

Pagina ultima habet 26 lineas, prima verò 27; et terminatur his verbis : *explicit Chrysostomus sup. Miserere mei Deus* : *Deo laus*. Ex 29 foliis. Vid. Denis, N°. 4654. Sed non Zellio, potiùs verò Veldener Coloniensi Typographo adscriberem.

58 M. T. Ciceronis orationes contra Catilinam. 1°. Orationes V Ciceronis contra Catilinam. 2°. Oratio invectiva contra Ciceronem. 3°. Oratio Crispi Sallustii contra Ciceronem 4°. M. Tull. Ciceronis oratio responsiva contra Sallustii invectivam, edente Philippo Beroaldo. In-4°. veau.

Terminatur folio verso cum 26 lineis. Folia signantur; et character pertinet ad Ulricum Gering. Terminatur cum signaturâ : e v.

59 Ciceronis epistolarum liber primus In-4°.

Terminatur cum signaturâ: e IIII; et pagina prima est 27 linearum.

60 Doctrina de lo excellentissimo Marco Tullio Cicerone chiamata Rethorica nova translata de latino in vulgare per lo eximio Maestro Galeoto da Bologna. In-4°.

In fine legitur: *finisse qui la Rhetorica nuova de lo excellentissimo Marco Tullio Cicerone ĩ vulgare.*

Editio elegans, absque signaturis, numeris et custodibus. Paginæ habent 24 lineas et ultima 16; character videtur pertinere ad Nicolaum Jenson. Hujus notitiam habuisse videtur Paiton *Biblioth. degli auth. Volgarizati Tom.* 1°., *pag.* 232.

61 Joannis Crestonis vocabularium Latino-Græcum cura et studio Boni Accursii una cum ejus epistola ad Antonium Bracellum. In-4°. m. r.

Terminatur sic:

x *x*
x *x* *finis* *x* *x*
x *x*
Τέλος.

Præmittitur epistola Accursii et signatur ab *a* ad *x*. Columna prima Græca est et secunda Latina.

Character idem est quo *Lexicon* ejusdem, *impress. Mediolani*, circa 1480. Columnæ constant 20 lineis. Editionem hanc ignoravit ipse Saxius et ferè omnes Bibliographi.

62 Joan. Crestonis carmelitani Placentini Dictionarium Græco - Latinum. *Mediolani*, circa 1480.) In-fol.

Columna ultima Græca 16 lineas, Latina verò 20 continet. Ultima signatura est: q q III.

Folium primum occupat epistola Boni Accursii Pisani ad Franciscum Turrianum.

Editio longè elegantior eà anni 1483.

Saxius *in Biblioth. Mediolanensi* probat hanc prodiisse Mediolani, circa 1480. Sed catalogi Smith, pag. CCLX, legitur apud Canonicos Sti Augustini Patavii, extare exemplar unum ipsis collatum, anno 1478, a Petrò de Montagnanâ. Editio princeps ac rarissima. Vid. Debure, *Bibliog. inst.* N°. 2227.

63 Manuelis Chrysoloræ Erotemata, Græcè et Latinè. In-4°.

Caret signaturis, numeris et custodibus. Co-

lumna Græca est ad solitum 19 linearum. Constat 40 foliis. Character verè est rudis tam Latinus quàm Græcus, et ad formam *Lascaris grammaticæ*, quæ Mediolani, anno 1476 prodiit. Undè verè princeps est ac originalis et huc usque ignota. Vid. tamen Pinelli, N°. 7156. In catalogo *auctionis* Crevenna recensetur quidem una editio antiqua, cujus paginæ constant 19 lineis. Sed habens signaturas, undè diversa est a præsente.

64 Quinti Curtii Ruffi Historiarum Alexandri Magni libri IX. In-4°. majori. vélin.

Venetiis a Vindelino de Spira (anno 1470) impress. creditur. Exemplar nitidissimum.

EDITIO PRINCEPS.

Caret custodibus, numeris, titulis et signaturis.

Debure N°. 4775, in versibus legit: *redituruſ*; et in hoc legitur: *reddi̇turus*; et legit *Q. tua nobilitas*; et legitur: *Q.*" *tua* etc.

Et formam habet non in-fol. sed in-4°.; lineæ enim chartularii sunt transversæ.

65 Speculum sapientiæ Beati Cyrilli alias apologeticus quadripartitus. In-fol. m. r.

Paginæ habent 41 lineas et ultima 37; ex 42 foliis; absque signaturis, numeris et custodibus; ex charactere quo Fyner utebatur, anno 1473.

66 Speculum sapientiæ Beati Cyrilli. In-fol. v. f.

Pagina prima habet 30, ultima verò 33 lineas. Ex 61 foliis, et charactere quo Biel et Wensler Basileæ utebantur, circa 1473. Signaturæ, numeri et custodes desiderantur. Vid. la Vallière, N°. 371.

67 Beati Cyrilli apologeticus seu speculum sapientiæ. In-fol. m. r.

Terminatur cum signatura F; et columna ultima est 26 linearum; cæteræ verò 40. De eo vide Pinelli, Tomo primo, N°. 4761.

68 Liber Barlaam et Josaphat. In-fol. m. r.

Ultima pagina est 25 linearum, et cæteræ

ex 36. Liber tribuitur Joanni Damasceno.

Folio verso terminatur cum signatura K III. Character idem est ac *Henrici Ariminensis*, *anni* 1472, *impress. Spiræ.*

69 Augustini Dati elegantiolæ. In-4°. v. brun.

In fine legitur, folio verso:

Quisq3 amat dulcē placidū clarq3 dicendi
Eloqum. Datti scripta notanda legat
Nā tercēta bonus præclara volumiā pressit,
Aere prius nullo pressa, magister Adaꝗ.

Constat 32 foliis. Ex his duobus posterioribus versibus inferri potest, 300 tantùm fuisse hujus exemplaria; et editionem fuisse primam saltem hujus artificis, adeòque hanc præcessisse eam quæ *Bibliogr. instr.* N°. 2268, refertur, sicut et alteram quæ sequenti numero 70, prosequitur. Quæ editio triplex habet pro suo Typographo Magistrum Adam, eumdemque characterem.

70 Augustini Dati elegantiolae. In-4°.

In fine legitur, folio recto:

Presserat hoc primo, placuit formare secundo
Ne desit q̄vis sit breve doctus adam.

Constat 33 foliis et ultima pagina ex 24 li-

neis. Ex his versibus colligitur hanc esse secundam editionem ab Adam vulgatam ; et in hoc discrepat ab eâ, N^i. 2268. *Bibliogr. instr.*, quod legatur in primâ : *formare* ; et in secundâ : *farmare.*

An autem illa editio triplex adscribenda sit Adam Rot, ut innuit Debure, an verò Adam de Ambergau, aut Petro Adam Mantuo, aut alteri ? nihil est quod probet. Hoc unum affirmare valeo, editiones Dati ab hoc Adam impressas, esse ejusdem characteris quo *Lactantius*, *Venetiis impr. ab Adam*, *anno* 1471.

71 Augustini Dati scribæ Senensis elegantiolae. In-4°.

In fine legitur, folio verso, charactere capitali :

Et sic est finis.
Deo gratias.

Constat 30 foliis, et pagina ultima ex 8 lineis, cæteræ verò ex 25.

Character minutus sed rotondus videtur Bononiensis aut Mantuanus, circa 1472, ad tardiùs.

72 Joh. Jacobi Canis utriusque juris consulti Carmina ad Ludovicum Fusca-

renum (*ex* 18 *foliis.*) Ejusdem ad Dom. Nicolaum Canalem classis universæ in Turcos imperatori designato Carmina. (*ex* 4 *foliis.*) In-4°.

Editio Veneta, circa 1474; absque signaturis, numeris et custodibus.

73 Collecta et predicata de passione dñi jhesu x̄pi per egregiũ excellentẽq3 virũ sacre Theologie Doctore eximiũ Magistrũ Nicolaum Dynckespuel. In-fol. m. r.

Columna secunda ex 34 lineis et ultima ex 33. volumen terminatur cum signaturâ F III.

Character verò idem est ac *Henrici Ariminensis*, *impr. Spiræ*, et ejusdem antiquitatis.

Hujus editionis mentionem habet Theophil. de Murr: *in memorabilibus Biblioth. Norimberg*, *parte primâ*, *pag.* 300. Alterius editionis memoratur Braun, pag. 101.

74 Dyonisii de Burgo Sancti sepulchri ordinis heremitarum Sancti Augustini declaratio seu commentaria in

Valerium Maximum. In-fol. m. r.

Pagina prima habet 34 lineas et ultima 35. Character idem est ac editionum omnium in quibus occurrit littera R. De quâ vide ad *Catholicon* adscriptum Joh. Mantelio. Editionem hanc descripsit, *pag.* 112 et *sequent.*, Placidus Braun.

75 Rationale Divinorum officiorum. In-folio. v. f.

Terminatur cum columna secunda, his verbis : *explicit rationale divinorum officiorum.*

Ultima columna est 51 linearum, cæteræ verò 57.

Caret signaturis, numeris et custodibus. Character pertinet ad Georg. Husner. Vid. Braun, pag. 31.

76 Rationale divinorum officiorum Guilhelmi Mimatensis Ecclesiæ episcopi. In-fol.

In fine legitur : *explicit Rationale divinorum officiorum.* Folia numerantur sic : ccc LXXXV, sed non signantur.

Character esse videtur Georgii Husner Ar-

gentin. An hæc autem præcesserit alteram editionem ejusdem artificis relatam N°. superiori, affirmare non audeo.

77 Aureola ex suavissimis salutiferisque floribus glõsi confessoris atque doctoris ecclesiæ, beati Jeronimi ad fabre contexta. In-fol. m. r.

Terminatur sic: *explicit doctrina beati Jeronimi ex suis opĩbus dinũerata.*

Columna ultima ex 32 lineis et opus ex 42 foliis. In folii primi prologo, Thomas Dorniberg se editorem hujus enuntiat; librum verò se esse antiquiorem, ignorareque ejus auctorem affirmat.

Signantur folia a. b. c. d. e. Character verò idem omninò est ac *Henrici Ariminensis Spiræ impress.*, *anni* 1472.

Fuit compactum cum *contemplationibus Joh. de Turrecremata*, *anni* 1472.

Spirenses igitur signat. utebantur ante Venetos.

78 Donati commentaria in quinque comedias Terentii. In-fol. m. verd.

Terminatur folio recto his duobus versibus:

Qui cupit obstrusam frugem gustasse Terenti,
Donatum quærat noscere grammaticum.

Pagina

Pagina hæc ultima constat 29 lineis, cæteræ verò ex 35. Caret signaturis, numeris et custodibus. Eleganter imprimitur et cum R. *Plutarchi* et *Joan. de Janua catholicon.*

Editio verè princeps et ignota, circa 1472.

79 Eusebii Cæsariensis historia ecclesiastica, ex versione Ruffini, et cum prologo Sti hieronimi. In-fol. m. v.

In fine legitur: *libri historie ecclesiastice Divi Eusebii Cesariensis epi finiunt feliciter.*

EDITIO PRINCEPS.

Columna ultima constat 18 lineis, cæteræ verò ex 41; absque signaturis, numeris et custodibus. Character verò pertinere videtur ad Conradum Fyner, circa 1474. De hac forsan Debure, N°. 4390, loqui intendebat.

80 Eusebii Cæsariensis libri de preparatione evangelicâ. In-fol. m. r.

In fine columnæ secundæ folii ultimi legitur: *Eusebius pāphili de evāgelica preparacōe ex græco in latinū translatus explicit feliciter.*

Et hæc columna constat 31 lineis, cæteræ verò ex 37. Versio est Georgii Trapesuntii. Cha-

racter idem est ac quo Zellius, anno 1473, sermones *Roberti de Litio* vulgavit; absque signaturis, custodibus ac numeris. Vid. Denis, N°. 4869.

81 Probæ Falconiæ Virgilio Centones. In-fol. m. v.

Folio verso in fine legitur: *Explicit virgilio cētona probe ciuꝯ homero cetonā nō habet latinitas. Sic in virgilio cētonam ejus nō hēt gretia studuit enī utranq̄ʒ gentē ad fidē catholicā. jnvitare per documētis autor.*

Constat 11 foliis, et pagina ultima ex 25 lineis. Character verò pertinet ad Fridericum Biel et Michael. Wensler de quo vid. *Boetium N°*. C 37. Absque numeris, signaturis et custodibus.

EDITIO PRINCEPS.

82 In nomine Domini amen tabula composita a Dn̄o Alberto de ferrareis utriusqʒ juris Doctore de placētia sup̄ infrascripto opusculo de horis Canonicis in modum ut sequitur. In-4°. m. r.

Talis est titulus, et clauditur his verbis: *laus Deo.*

Pagina prima ex 29 lineis, ultima verò ex 28, folia verò sunt 27, numerato indice qui est 4 foliorum.

Character est elegans et rotondus, sed ita singularis ut infrequens sit apud nos; manus autem verè coæva scripserat, folio primo : *Tolose hyspanie urbis impressum.*

Caret signaturis ac custodibus. Ignota fuit Denis ac aliis Bibliographis.

83 Albertus de Ferrariis de horis Canonicis. In-fol.

Paginæ habent 35 lineas; absque signaturis. Constat 25 foliis. Character verò idem quo usus est Flachen, anno 1475, pro *speculo humanæ vitæ.* Denis tres Romanas diversas recenset, N°. 4898; sed hanc ignoravit.

84 Fenestella de Romanorum Magistratibus. In-4°.

Terminatur folio verso sic : *finis*; et cum signaturâ : g ; duo sequuntur folia registri capitulorum.

Character elegans et quadratus. Paginæ constant 25 lineis.

Falso sub nomine Fenestellæ scriptoris antiqui;

sæculi IV, circumfertur hoc opus cujus auctor verus ac genuinus est Joan. Dominicus Floccus, qui floruit decimo quarto sæculo, usurpato nomine Fenestellæ qui opus de hac materiâ scripserat.

85 Pompeius Festus de interpretatione linguæ Latinæ (*Romæ Laver, circa* 1470.) In-4°.

Ad calcem legitur : *finis Pompeii Festiquē Pomponius correxit. Vale qui legeris.* H. G.

Pagina prima 31 lineas, ultima verò 22 habet.

EDITIO PRINCEPS.

86 Guillermi Fichetti Rhetoricorum libri. *In Parisiorum Sorbonâ Ulricus Gering, Martin Crantz et Michael Friburger*, 1471. In-4°. m. verd.

Accuratè describitur, N°. 2335, *Bibliographiæ* Debure.

EXEMPLAR ELEGANTISSIMUM.

87 Lucii Ann. flori Epitome historiæ Romanæ, cum libello de commendatione Imperii Romani. In-fol. m. verd.

Character minutissimus est Arnoldi Therhœrnen ; compingebatur cum *fasciculo suo*, *anni* 1474. Columna ultima *Flori* ex 36 lineis, et ultima *commendationis Imperii* ex 42.

Terminatur cum tertiâ columnâ his verbis : *explicit libell9 de cm̄edacōe im̧pii Rom̄.* Et miniator scripsit immediatè : *impressum Colonie agrippie per Arnoldū Therhurnen.*

Columnæ habent 46 lineas; absque signaturis, numeris et custodibus.

Opus de commendatione imperii, his incipit verbis : *Multifarie multisque modis*, etc.

Editio penitùs ignota.

88 Lucii Annaei Flori epitomatum in Titum Livium libri. In-fol.

In fine, folio verso, sequentes leguntur versus :

Florus habet parvo numerosa volumina Livi
Codice : in italica maximus historia
Nil latet hunc : valeat quod honore nitere latino
Vel peregrina petas scripta : vel artis opus.
Inde fit ut veteres scribendi miserit usus :
Atque novo redeat præditus officio.

Nam quod centeno consumpta volumine sæcla
Viderat: in totidem nascitur usque dies.

Character pertinere videtur ad Nicolaum Jenson, circa 1470. Paginæ in columnas non dividuntur.

Exemplar elegans. Editio princeps et vix cognita. Extabat tamen apud Smith *catalogi*, *anni* 1755, *pag.* 177.

89 Gasparini pergamensis epistolæ. In-fol. m. r.

Epistolis præmittitur folium ad cujus folio verso, sunt versus sequentes:

Quos legis unde tibi queras forte libelli
Mittantur. Pressos dat Basilea scias.
Hanc facit egregiam Rheni nunquam moritura
Fama. Simul studii gloria clara sui
Terra ferax pecorum Cerere et Bacchoque referta
Est tamen hoc aliquid associasse sibi
Artem pressuræ quamquam Moguncia finxit,
E limo traxit hanc Basilea tamen.
Littera quæcumque est hoc toto codice pressa
Mendas nec habuit dictio crede mihi
Ars solet interdum naturæ vincere vires

Et pedibus fame jungere sepe pedes.
Gasparine tuas laudes post tristia fata.
Pressa es nostri ꝓ celebres faciunt
Nomina si cupias Michael cognomine Wensʒler
Huic operis socius Biel Fridericus erat
Mittimur in totum decus insignis basileæ
Orbem qui parvus non sumus urbis honor.

Folio recto terminatur cum 8 lineis, quarum est hæc ultima : *felix eplar̄ gasparini finis.*

Paginæ habent 30 lineas. Caret signaturis, numeris et custodibus. De hac editione vide Braun, pag. 55.

Editionis hujus epistolarum Gasparini fuere Typographi duo Basileenses, inter quos Fridericus Biel qui pro hac solâ vice apparuit apud ipsos, hunc autem migrasse ad Hispaniam existimo, et Burgis impressisse. Sic Meerman, *orig. typogr.*, *tom.* 2, *pag.* 128, refert chronicam Didaci de Valera *Burgis impressam*, per Fridericum de Basilea, anno 1487. Et ego apud Franciscanos Fesulanos, prope Florentiam, tractavi Andreæ Gutterii Cetasiani *opus grammaticale excerptum ex Prisciano Alexandro*, *etc.* In cujus fine legitur : *mense marcio duodecimo die anō salutis domini milles. quadringent. octogesimo quinto..... maxima cum di-*

ligentia per ingeniosum virum magistr̄ Fridericum, *Burgis impressum est*; in-fol. Ex charactere gothico grandiori; absque signaturis: de charactere hujus typographi vide *Boethium* suprà N°. C 37.

90 Joh. Gerson tractatulus de cognitione castitatis et pollutionibus diurnis. In-4°. m. r.

Terminatur sic: *explicit forma absolutionis sacramentalis... Gerson.* Ultima hæc pagina habet 21 lineas; constat foliis 16. La Vallière, N°. 619 et Denis N°. 4977 hanc editionem Zellio adscribunt; sed character potiùs ad Veldener pertinet.

91 Joan. Gerson de remediis contra pusillanimitatem, scrupulositatem, etc. In-4°. m. r.

Ex 12 foliis; et ultima pagina est 24 linearum. Editio diversa ab eâ quam Denis N°. 4973 et Catal. la Vallière, N°. 606, referunt quæ Zellio adscribitur, dùm hæc pertinere videtur ad Veldener.

92 Joan. Gerson collectorium super magnificat. In-fol. m. r.

In fine legitur: *spes mea in sola Virgīs grā*

alpha et Ō. N, G. (*Nicolaus Gotz. circa* 1474.)

Vid. Denis, N°. 4988, ubi accuratè describitur.

Folio quarto notæ cantus musicalis apparent.

93 Gregorii Papæ commentaria super cantica canticorum. In-fol. m. r.

Constat 39 foliis. Ex charactere grandiori quo usus est Zellius in sermonibus *Rob. de Litio anni* 1473.

Columnæ 37 linearum, et ultima ex 17, absque signaturis. Braun, pag. 63, dicit se nullam de hac editione invenisse notitiam.

94 Gesta Christi. In-fol. m. r.

Constat 11 foliis signatis a et b. Pagina ultima habet 15 lineas. Vid. Schoepflin, *tom.* 14 *des mémoires des inscriptions et belles lettres.*

Colligabatur primò cum *meditationib. joan. de Turrecremata, imp. Spiræ, anno* 1472, *et ex eodem charactere.*

Pagina quævis duplicis est columnæ, exceptâ ultimâ cujus lineæ totam occupant extentionem, et terminatur sic : *expliciūt gesta christi.*

95 Bartholomei Anglici (de Glanville)

de rerum proprietatibus libri 19. In-fol. Goth. v. f.

Columnæ habent 61 lineas. Character videtur Basileensis, et columna ultima ac quarta habet 9.

96 Quadragesimale fratris Johannis Gritsch ordinis fratrum minorum doctoris eximii, per totum anni spacium deserviens cum thematum evangeliorum et epistolarum introductionibus incipit feliciter. In-fol.

Præest index 15 foliorum et post titulum suprà relatum manus miniatoris adjicit 1848 (1474.) Tituli sermonum in margine superiori imprimuntur. Caret signaturis, numeris et custodibus. Character verò pertinere videtur ad Frisner et Sensenschmid. Columna secunda textûs constat 56 lineis.

97 Guilelmi Parisiensis postillæ super epistolas et evangelia. In-fol. m. r.

Columna ultima folio recto habet 48 lineas et cæteræ 49. Folia signantur. Prodiisse Coloniæ concludérem ex tabulâ quartâ, N'. 6, apud

Braun, in opere sæpè laudato. Hæc editio longè discrepat ab illis quas descripserunt Braun, pag. 103 et Seemiller *fasciculo primo*, pag. 170, ubi agitur de duratione mundi. Locus ille legitur in præsenti, sub signaturâ R 1, folio versò.

Forma characteris eadem est pro Petri Kierslac *passione Christi ex quatuor Evangelistis*, ad annum 1487.

98 Guillelmi sacræ Theolog. professoris expositiones evangeliorum et epistolarum de tempore diebus Dominicis et festis, etc. In-fol.

Terminatur sic : *et sic est finis hujus opīs*. Præmittitur prologus. Folia signantur; paginæ habent 42 lineas et ultima 30.

De auctore ejusque diversitate a Guillelmo Peraldo, vid. Fabricium, *Bibliothec. med. latinit. lib. VII, pag.* 160, *tom. III.*

99 Summa vitiorum seu tractatus moralis edita a fratre Wilhelmo epō Lugdunensi ord. fratrum predicatorum. In-folio.

Folio verso terminatur cum 26 lineis, cæteræ

paginæ sunt 34 linear. et præest index 10 foliorum.

Caret signaturis et custodibus ac numeris. Character autem est ex genere illius quo Biel et Wensler *Boetium Basileæ* impresserunt cum hoc 𝔙 singulari. Vid. Denis N°. 6200.

100 Secunda pars seu aestivalis sermonum Dominicalium super epistolas Pauli, Thomæ de Haselbach sacræ Theologiæ professoris in academia Viennensi. In-fol.

Deest prima pars operis quæ prodiit anno 1478; secunda verò hæc, ex eodem est charactere, et absque signaturis.

101 Henrici de Hassiâ expositio super orationem Dominicam et ave Maria. In-fol. m. r.

Terminatur sermone Sancti Augustini super *Symbolum* et super *orationem Dominicam*. Pagina ultima habet 19 lineas, cæteræ verò 30, et caret signaturis. Ex 20 foliis et ex charactere Friderici Biel et Michael Wensler.

102 Sermones Discipuli super epistolas Dm̄cales per circulum anni collecti, anno 1444, ex sermonibus Wilhelmi

Lugdunensis epi et ex dictis Sti Thomæ et dictis Joh. Nyder, etc. In-fol. m. r.

Paginæ sunt 37 linearum et ultima ex 24, absque signaturis.

Auctor est Joann. Heroldt. Editionem hanc prodiisse Ulmæ affirmat Denis, apud J. Zeiner, N°. 4812.

103 Beati Hieronimi epistolæ ex editione Mathiæ Palmieri et cum argumentis verissimis illustratæ a Theodoro Laelio. In-fol.

Tomus secundus tantùm habetur accuratè conveniens descriptioni catalogi la Vallière, N°. 435.

Propter maximam conformitatem characteris hujus editionis cum *Ciceronis tusculanis questionibus*, ex editione Ulrici Han *Romæ* 1469, allucinatus sum olim (*) hanc prodiisse ex ejus officinâ; sed institutâ comparatione, cum editione Sexti Ruffi *factâ Neapoli per Russinger*, quam mihi tunc videre non contigerat, potiùs ad hunc Typographum eam revocarem.

Vid. catalogum Smyth: *Venetiis*, *anno* 1755, *in*-4°., *pag.* CCXXII.

(*) In specimine historico typog. Rom.

104 De predestinatione et libero arbitrio. Et de cognitione Vitæ. In-fol. m. r.

Primum opusculum incipit sic : *incipit ɔgnicio vitæ a solitario quodā dialogice edita.*

Paginæ habent 32 lineas et ultima 28, et terminatur charactere capitali sic : AMEN.

Primum constat 17 foliis et secundum 22. Alia hujus auctoris opera, scilicet, *elucidarius et ymago mundi*, quæ huc usque Sancto Anselmo tanquam eorum auctori adscribebantur, me in horumce notitiam induxere. Primum ex his in *Bibliothecâ patrum*, *edit. Lugd. Tom. XX*; et secundum inter *opera Sancti Augustini*, *ex editione Benedictinorum*, adscripta sunt. Verus autem eorum auctor est Honorius Augustodunensis, de quo vide ubi de ejusdem *jmagine* mundi.

Character idem est ac ille quo utebatur *Argentinæ* Cephalus Wolfius, anno 1473, aut Koburger *Nurimberg* pro *boetio* anni ejusdem. Caret signaturis, numeris et custodibus. De auctoris patriâ, vid. Lebeuf, *recueil de divers écrits sur l'histoire de France*, *Paris* 1738, *Tom.* 1°. *pag.* 254.

105 Christianus ad solitarium quemdam de imagine mundi HONORIO. In-fol. m. r.

Ultima pagina constat 10 lineis, cæteræ verò

ex 30. Opus in tres libros dividitur; auctor est Honorius Augustodunensis, de quo vide suprà. Character verò pertinere videtur ad Koburger, aut ad Cephalum Wolfium Argentinensem, circa 1472. Editio princeps quam vix norunt Maittaire et alii.

106 Solennis et devota expositio, in librum Salomonis qui dicitur Cantica Canticorum per Honorium Doctorem eximium, egregie collecta seu exposita, una cum sigillo Beate Virginis Marie, et ad honorem filii Dei et ejusdem Virginis genitricis suæ. In-4°. m. r.

Talis est titulus folii primi in charactere *formæ* ut aiunt; folio verò secundo incipit prologus auctoris.

Prima pars terminatur cum folii versi columnâ primâ et cum signaturâ F III; quæ columna est 27 linearum. Sigillum folio sequenti incipit cum signaturâ A, et desinit cum G III, ac columna prima folii recti.

Character ille est quo utebatur *Coloniæ* Guldenschaff. Signaturas habet in medio inferioris marginis. Circa hu[illegible] Honorium vide Abbatem Lebeuf, *in opere suprà citato* N°. 104.

107 De septem horis canonicis reverenter et fructuosè in Ecclesia legendis aut decantandis. In-4°.

Constat 8 foliis, absque signaturis numeris et custodibus. Littera prima grandior, ex charactere fuso Eustadii, apud Michael Reyser. Pagina ultima ex 19 lineis.

Tractavi apud Canonicos Patavinos librum unum de *horis Cononicis dicendis, per Joan. monsch, impr. Augustæ apud Sorg*, 1489. Essetne auctor hujus suprà descripti? Affirmare non valeo.

108 Hugonis de prato florido ord. predicat. sermones dominicales super evangelia et epistolas. In-fol. m. r.

Quævis columna est 42 linearum et ultima habet 12. Caret signaturis ex charactere Fyner.

109 Hugonis a Sancto Victore Didascalon aliaque opuscula. In-fol. m. r.

Paginæ habent 33 lineas et ultima 27; absque signaturis.

Character idem est ac *Henrici Ariminensis Argentinæ*

Argentinæ impress. Vid. ad annum 1472, et Placidum Braun, pag. 84.

110 Jacobi de Erfordia de contractibus qui fiunt cum pacto ad vitam, etc. In-4°.

Ex 14 foliis, et ultima pagina 19 linearum.

Jacobus ille erat Carthusianus Erfordiensis, et character pertinet ad Veldener Typographum Coloniensem.

111 Isidori Junioris Hispalensis libri XIX, ethimologiarum. In-fol. Maximo, m. v.

Character idem esse videtur quo Mantelius. usus est pro *speculo Vincentii Bellovacensis.*

Libris etymologiarum præmittuntur epistolæ sex Isidori ad Braulionem, et hujus ad Isidorum. In quo discrepat ab editione anni 1472, ubi quinque tantùm extant.

Et folio recto, cum secundâ columnâ terminatur vicesimus liber etymologiarum, et hæc habet 43 lineas, cæteræ verò 51.

Editio princeps et exemplar elegans.

K

112 Jacobi Carthusiensis domus extra muros Erfordiens. sermones. In-fol. m. r.

Columnæ, etiam ultima, habent 34 lineas; absque signaturis, numeris et custodibus. Sic incipit : *incipiunt sermones auctorisati a dño Nicolao.*

Character idem quo *Henricus Ariminensis Spiræ, anni* 1472. Et Trithemius hujus operis auctorem facit Jacobum Junterbuch. Vid. Braun, pag. 104, de alterâ editione discurrentem.

113 Jacobi Magni sophologium. In-fol. m. r.

Terminatur his verbis, folio verso : *Zophihlogium editum a fratre jacobo magni de parisius ordinis heremitar. sancti augu. finit feliciter.*

Pagina ultima sicut omnes integræ ex 35 lineis; absque signaturis, numeris et custodibus. Videtur impress. circa 1473, cum R singulari quo *Catholicon*, N°. C 50.

114 Jacobi Magni Religionis fratrum heremitarum Sti Augustini sophologium. In-fol. m. r.

Editio prima Parisina Ulrici Gering, de quâ

Debure, *Bibliographie instr.* N°. 349, ubi ad annum 1471 refertur.

Textum præcedunt tria folia indicis, et folio recto terminatur sic : *Jacobi magni sophologium finit feliciter*; et verso legitur epigramma ad hujus operis conspectorem, ex 10 versibus.

Paginæ habent 32 lineas; absque signaturis, custodibus ac numeris.

115 Sophologium Jacobi Magni. In-fol. m. r.

Terminatur columna prima his verbis : *explicit sophilogm̄ feliciter*; quæ verba constituunt undecimam et ultimam lineam; columnæ sunt 32 linearum.

Præcedunt duo folia indicis. Caret signaturis, numeris et custodibus. Character pertinet ad eum quo Nicol. Goltz Coloniæ utebatur.

Extabat apud Pinelli, Tom. III, N°. 7747.

116 Jacobi Magni sophologium. In-fol.

Terminatur folio verso primâ cum columnâ, hoc solito versu :

Mille voluminibus clauditur hoc opere.

Signatur ab A ad T iij. Columna ultima ex

36 lineis, cæteræ verò ex 40. Character gothicus ex genere illius quo *Casellis* impressæ sunt, anno 1475, *vitæ patrum.*

117 Copia indulgentiarum de institutione festi presentationis Beate Marie per reverendiss. Dom. Adolfum Archiepiscop. Maguntinum concessarum. In-fol. m. r.

Terminatur folio verso cum quartâ columnâ his verbis: *per Dn̄m nostrum*, quæ terminant lineam nonam.

Indulgentiis adjungitur missæ ipsius officium. Caret signaturis. Character ad Conradum Fyner pertinet.

Constat sex foliis, et columnæ sunt 40 linearum. Bulla indulgentiarum Pauli II, data est anno 1468; sed impressio est anni circiter 1473.

118 Cristophori Landini disputat. Camaldulentium libri IV. In-fol. m. verd.

Terminatur folio recto his verbis: *finis. Deo gratias. Amen.*

Character pertinere videtur ad Nicolaum de Alamagna Typographum Florentin. Circa 1480.

Terminatur cum signaturâ I iv. Vid. Debure, N°. 4047.

119 * Stephani Flisci de Soncino variationes synonimorum ad Joh. Meliorantium. In-4°.

Terminatur folio verso cujus pagina ultima habet 22 lineas. Caret signat., num. et custod.; sed habet registrum quaternionum.

Ex charactere Stephani Planck, Romæ, circa 1480.

120 Sancti Leonis Papæ sermones et epistolæ. In-fol.

Præmittitur epistola Joan. Andreæ ad Paulum II, quam sequitur index sermonum, et folio tertio, incipit textus qui terminatur, folio recto 158, cum 23 lineis, his verbis: *natum esse dicitur.*

Caret signaturis et numeris. Sed in fine cujusvis quinternionis custodem amanuensis supplevit. Hæc est editio de qua contentio fuit inter Abbatem St. Leger, et auctorem *Bibliographiæ instructivæ.*

Posteriorem esse illi quam in domo de Maximis vulgarunt Sweynheym et Pannartz, curante Joanne Andreâ, anno 1470, extra dubium est,

dum eorum Typographiæ editoris et correctoris munere fungeretur; sed ejusdem esse circiter temporis evincit perfecta assimilatio illius cum *Quintiliano et Suetonio* quos propè sanctum Marcum vulgavit et Ulric Han, anno 1470.

121 Fratris Roberti de Litio opus quadragesimale. In-fol. m. r.

Terminatur sic: *opus quadragesimale perutillissimum quod de penitentia dictum est finit feliciter.*

Pagina hæc habet 33 lineas, cæteræ verò 40; absque signaturis, numeris et custodibus. Huic præmittuntur 13 folia indicis.

Ex charactere quo utebantur Georgius Husner et Joannes Beckenhub, *Argentinæ.*

122 Tit. Livii historiarum libri qui supersunt cum epistolâ Jo. And. aleriensis ad Paul. II: *Romæ per Conradum Sweynheim et Arnoldum Pannartz,* In-fol. Tom. tres. m. r.

Litteræ auro et coloribus depictæ sunt: exemplar elegans et optimæ conservationis; accuratè describitur apud *Bibliog. instr.* N°. 4799.

Si excipias quod de registro ait, esse scilicet codicum, seu quaternionum, dum recenset tan-

tùm verbum primum a quo incipit quivis liber decadis cujuslibet. Vide suprà *T. Livium* p. 45.

123 Decade prima di Tito Livio volgarizata. In-fol. vélin.

In fine legitur : *hanc T. livii patavini historici decadem de rebus ab urbe condita foris domiq3 gestis a petro Madio correctam atque emendatã Antonius Bononiensis imprimendi artificio celeberrimus artifex summa cum diligentia Venetiis impressit.*

Character rotondus et elegans ; de hac versione Italica, Vid. paiton *Biblioth degli audiori antichi volgarisati*, Tomo 2°. pag. 206.

Folia signantur.

124 Moralia super totam Bibliam fratris Nicolai de Lira de ordine fratrum minorum sacre theologie venerabilis Doctoris. In-fol. m. r.

Talis est titulus operi prævius. Volumen terminatur cum columna tertia quæ est 32 linearum, cæteræ verò habent 37 ; desunt numeri, signaturæ et custodes.

Character autem pertinet ad eum quo uteba-

tur Argentinæ Georgius Husner, quod probatur ex Braun, pag. 31.

125 Nicolai de Lyra postillæ in IV evangelia. In-fol. m. r.

Pagina prima habet 40 lineas, sicut et integræ. Terminatur folio verso, cum 30 lineis, absque signaturis.

Character pertinere videtur ad Typographos Colonienses.

126 Ludolphi parochialis ecclesiæ rectoris in Suchen opus de terra sancta et itinere Jerosolimitano ejusque statu et aliis mirabilibus quæ in mari conspiciuntur mediterraneo. In-fol. m. r.

Terminatur sic : *finit feliciter libellus de itinere ad Terram Sanctam.*

Paginæ constant 41 lineis et ultima 18. Caret signaturis, numeris et custodibus.

Character pertinet ad eum quo Conradus Fyner, anno 1474 utebatur.

Auctor suscepit et scripsit iter illud, vergente ad finem decimo quarto sæculo anno scilicet 1350. Operi præmittitur folium registri capitulorum.

127 Guidonis Monte Rocherii Manipulus curatorum.

Libellus artis predicationis compositus a fratre Jacobo Fussigna ordinis predicat.

De arte bene moriendi. In-fol. m. r.

Tria hæc opera ejusdem characteris uniuntur sub eodem signaturarum ordine. Primum terminatur cum signaturâ : m. iij ; secundum cum O v j ; et tertium cum Q ij. In fine legitur : *hic curator manipulus pro ecclesie curam et regimen presertim gerentibus, humili stilo compilatum, colonie impressus admissus ab alma universitate coloniensi approbatus fuit feliciter.* Ex quo probatur antiquitas censuræ librorum ab ecclesiâ.

Character videtur pertinere ad Guldenschaff Coloniensem Typographum.

228 Guidonis de Monte Rocherii manipulus curatorum sive Neophitorum ecclesiarum rectorum brevis instructio. In-fol. m. r.

Terminatur sic : *amen, deo gracias.* Signat., num. et custod. desiderantur, et character pertinet ad eum quo Gering, Parisiis, circa 1472 utebatur.

Constat 135 foliis. Prima columna habet 34 lineas et ultima 7.

129 Mamotrectus (Marchesini.) In-fol. m. r.

In fine legitur : *liber expositorius totius biblie ac aliorum quæ in ecclesia recitantur qui Mammotrectus appellatur feliciter finit.*

Pagina ultima constat 35 lineis, cæteræ verò ex 37 ; absque signaturis et custodibus. Miniator verò folia numeravit CCL.

Videtur character pertinere ad Georgium Husner Argentinensem Typographum.

130 Valerii Martialis epigrammata recognosente Georgio Alexandrino ; *impr. Venetiis per Vendelin. de Spira, circa* 1470. In-fol.

Editio princeps et rarissima cujus accuratam dedit descriptionem Debure, N°. 2813.

Caret numeris, signaturis et custodibus.

Exemplar eximiæ conservationis.

131 Richardi de Mediavilla commentar. super lib. IV^um^. sententiarum. In-fol.

In fine leguntur sequentes versus :

Hæc refert celebris ricardi dogmata codex,
Quem genuit Mediavilla decora virum.
Talibus huc veniens arnolda ab origine fixit,
Christoforus veneta clarus in urbe notis.

Folia signantur et habetur registrum signaturarum. Character gothicus est et Typographum habuit Christophorum Arnoldum qui Venetiis, ab anno 1472, usque ad 1478 nec ultrà typographiam exercuit.

132 Bonini Mombritii acta et vitæ sanctorum. In-fol. Tomi duo. Cart.

Apprimè conformis est descriptioni *bibliogr. instr.* N°. 4618.

In tomo primo nihil omninò deest præter ultimum folium indicis in principio. In secundo deficiunt etiam duo folia indicis et in fine aliquid de vitâ Sanctæ Monicæ quod manus supplevit, sed habet vitam Sancti Nicasii. Aliundè hoc exemplar est optimæ conversationis et cum amplissimis marginibus.

133 Bonini Mombritii ad Sixtum quartum de dominica passione poematum libri sex. In-4°.

Legitur : *opus impressum Mlī per Antoniū Zarotum Parmensem.*

Manus adhibuit signaturas et in fine earum registrum. Vid. Saxium, Tom. 1°. *Biblioth. Mediolan.*, pag. 609, ubi in quinque libros divisum opus dicit, dùm reipsà sunt sex. Titulum enim libri sexti omissum, manus supplevit miniatoris.

134 Bartholom. Montagnana consilia medica edita Paduæ, anno 1436. In-fol. m. r.

Columnæ integræ sunt 61 linearum et terminatur opus, folio verso, cum 333 foliis, non numerato indice nec consiliorum registro; absque numeris et signaturis.

Editio videtur prodiisse Paduæ aut Mantuæ, circa 1476.

135 Joan. de Monte regio Calendarium cum figuris. In-4°. m. v.

Character quadratus, litteræ principales ex fusis formis; et sic terminatur: *ductu joan. de monte regio.* (Nurembergæ ad tardius anno 1475, ex typographiâ Joan. Regiomontani prodiit.)

De hoc vide Schwartz *primaria documenta*, pag. 63. Roeder librum hunc ignoravit, sicut et sequentem quem mihi tractare contigit, Venetiis apud D. Svaier : *manilii astronomicon in officina Joannis*

de Regio monte habitantis in Nuremberga. In-4°.

Character autem utriusque est æqualis. Joan. autem Mollerus jam obierat, anno 1477.

136 Conradi a Mure Turicensis ecclesiæ cantoris repertorium vocabulorum exquisitorum oratoriæ, poesis, et historiarum, etc. In-fol. m. v.

Vid. catalog. la Vallière, N°. 2208.

Ex versibus ibi relatis infertur Typographum fuisse Bertholdum in Basileâ, quem Gesnerus in suâ *Bibliothecâ* appellat Bertoldum Rodt, sub voce Meffreth. De hoc autem Typographo vide ad Biblia Basileensia, N°. C 33.

Folio autem primo verso, leguntur titulus et versus a catalogo la Vallière relati; et terminatur cum folio recto sic: *Deo gracias*.

Paginæ habent 36 lineas. Caret signaturis, numeris et custodibus.

OPUS RARISSIMUM.

137 Conradi Thuricensis phisici tractatus de cometis. In-fol. m. v.

Constat 12 foliis. Paginæ integræ sunt 44 linearum ex charactere Villæ Beronensis Eliæ de Louffen. (Munster in Ergeu 1473.)

138 Sermones de IV novissimis. (*impr. circa* 1480 *Coloniæ.*) In-4°. m. r.

Terminatur cum signaturâ S iiij. Pagina ultima ex 11 lineis, et cæteræ ex 32. Vid. la Vallière, N°. 709.

139 Liber Cordiale, seu IV novissimorum. In-4°. m. r.

Incipit sic : *memorare.* Pagina prima habet 25 lineas et ultima 9. Ex charactere verè singulari quem Bamleri esse suspicarer, aut tentamen aliquod Typographicum.

Paginæ sunt 25 linearum; absque signaturis, et constat 72 foliis.

140 Cordiale IV novissimorum. *Impressum per Bartholom. de Unkel, et admissum ac approbatum ab alma universitate Coloniensi.* In-4°. m. r.

Pagina ultima habet 15 lineas et terminatur cum signaturâ I iiij.

141 Joan. Nyder. tractatus de contractibus mercatorum. In-4°. m. r.

Pagina prima habet 26 et ultima 12 li-

neas, et ex 32 foliis; character Veldeneri.

142 J. Nyder præceptorium Divine Legis. In-fol. m. r.

Ex charactere quo Zellius *Leonard. de Utino*, anno 1473, Coloniæ impressit. Caret signaturis. Columnæ habent 38 lineas et ultima 19.

143 Joan. Nyder præceptorium Divinæ Legis, seu expositio Decalogi. In-fol.

Terminatur cum columnâ quartâ, his verbis: *Johānis Nider sacre pagine egregii Doctoris ordinis predicatorum conventualis Nurembergensis p̄ceptorii p̄clarissimum opus finit feliciter.*

Columnæ habent 44 lineas et ultima 37. Character gothicus; absque signaturis, numeris et custodibus.

144 Joannis Nyder manuale confessorum et de lepra morali. (*Basileæ Frider Biel et Vensler.*) In-fol.

Paginæ sunt 34 linearum et ultima 33. Caret signaturis, numeris et custodibus.

145 Joan. Nyder manuale confessorum. (*Ultima pagina habet 27 lineas.*)

Idem de morali lepra (*cujus ultima pagina ex* 18 *lineis et cæteræ ex* 31.) In-folio m. r.

In fine manus coæva adjecit: *l'an* MCCCCLXX, *Petrus de Sarboux prouvost de Fenestranges ai donné au couvent de Raumont cest livre, lequel est resté à son fils afin que les frères puissent prier pour son ame, et étoit le nom maitre Mathis.*

Vid. la Vallière N°. 627.

Character pertinet aut ad Cephalum Wolfium Argentinensem, aut ad Ant. Koburger Nurembergensem.

146 Johannis Nyder formicarius. In-fol. m. r.

Terminatur cum signaturâ Q iij. Columna ultima ex 33 lineis. Ex charactere quo Guldenschaff Coloniæ utebatur. Vid. la Vallière, N°. 794.

147 Pauli Orosii historiarum libri VII, edente Aeneâ Vulpe. *Impressum Vicentiæ per Hermannum Levilapidem Coloniensem* (circa 1474.) In-fol.

Vid. Debure, N°. 4351. Character rotondus; absque signaturis, numeris et custodibus. Editio diversa

diversa ab eâ Leonardi Achatis ; de quâ vid. Catal. la Vallière, N°. 4592.

148 P. Ovidii Nasonis elegiarum libri III ; de arte amandi libri III ; pulex ; remedium amoris ; consolatio ad Liviam ; Heroides ; de nuce ; medicamen faciei ; Ibis ; tristium libri V ; de Ponto ; et Sapho. In-fol.

Pro Ovidii operum complemento desiderantur libri Fastorum et Methamorphoseon.

Hic est tomus secundus *Ovidii Impr. Romæ apud Sweynheym et Pannartz*. Vid. catalogum *auctionis* Crevenna, Tom. III. N°. 3919, ubi et extabat idem volumen, cum hoc tamen discrimine, quod in principio nostri extent tria folia quorum hic est titulus : *exemplum earũ rerũ que de serenissime Lige oratores in consistorio acta sunt.*

Docet autem historia ligam hanc principum Italiæ fuisse factam, vergente ad finem anno 1471, et in principio anni 1472, ac Pontificatûs Sixti Papæ IV.

Hoc igitur opusculum innuit Tomum primum Ovidii fuisse impressum, vivente Paulo II, cui dicatur a Joanne Andreâ ; hunc verò secun-

dum, sedente Sixto IV, adeòque in principio anni 1472.

Hoc exemplar est eximiæ conservationis. Alteram Bononiensem Ovidii editionem, anni 1471, videre mihi contigit apud canonicos Patavinos cum permultis editionibus aliis primævæ antiquitatis et quidem in pergamenâ.

149 Magni Turci Epistolæ a Laudinio Equite Hyerosolimit. translatæ. In-4°. m. verd.

Sunt 90 numero et ultima pagina habet 21 lineas. Terminatur sic: *D. finis. S.* Character elegans et Romanus. Signatura ultima C 4.

150 Omniboni (Leoniceni) Vicentini tractatus ad scandendum. In-4°.

Ex 14 plagulis. Character est Romanus. Prima pagina et ultima 23 linearum.

His duobus terminatur versibus:

Carmina qui docte tentat cōponere primū
Discat: quæ omnibon⁹ lux mea cōposuit.

151 Publii Ovidii Nasonis libri Metamorphoscos. In-fol.

His incipit versibus: *Orba parente suo*, etc.

Propter primam litteram principalem, ex quinque primis versibus factæ sunt lineæ decem, paginæ autem integræ habent lineas 39, et ultima folio recto 28. Terminatur sic : *finis*. Caret signaturis, numeris et custodibus.

Editio penitùs ignota, cujus character idem est quo Vindelinus de Spirâ et Joan. de Coloniâ usi sunt in *Plauto anni* 1472, aut ex eo quo Ulricus Han et Simon de Luca, anno 1471, impresserunt *Joan. Tortellii ortographica commentaria*, ejusdemque videtur esse temporis.

EXEMPLAR ELEGANS.

152 Pauli Episcopi Burgensis scrutinium scripturarum. In-fol. m. r.

Allegatæ descriptioni hujus a catalogo la Vallière, N°. 175, hæc addantur.

Titulus charactere nigro imprimitur et his ultimis verbis terminatur volumen : *cui honor et gloria i secula seculor. amen Deo gratias.*

Placidus Braun, cui et ego assentior, editionem hanc, *pag.* 13, adscripsit Mantelio, cui etiam *Virgilius* la Vallière tribuitur; hinc contra hujus redactorem immeritò insurrexit Abbas Rive (*chasse aux bibliographes*, *pag.* 17 *et suiv.*)

Verum quidem est editionem hanc tot paginas totque lineas continere ac eâ Petri Schoyffer, anni 1478, ita ut una fuerit alterius apographa; sed attentè legenti patebit quamlibet paginam exhibere abbreviationes diversas, ut patet in postremis verbis suprà relatis; nec ergo debuit nec potuit Abbas Rive auferre folium subscriptionis, (uti gloriatur) ad inducendum in errorem. Non debuit, quia dedecet virum probum parare insidias alteri, monumentumque litterarium spoliare; nec etiam potuit, quia auferre non poterat folium quod nunquam extitit. Tria mihi fuere ad manum exemplaria in omnibus perfectè similia, in quibus nulla penitùs extabat subscriptio, quod solitum erat ac familiare Mantelio. Aliundè capitales omnes toto cælo differunt ab illis Petri Schoyfferi; sicut illæ *Virgilii* la Vallière ab istis discrepant, et verè iidem sunt characteres quibus usus est Mantelius pro libro IV *de doctrinâ xtianâ Sti. Augustini.* Cùm igitur hic Typographus e vivis ereptus fuerit, ante annum 1478, concludi posset editionem hanc præcessisse tempore illam Schoyfferi, nisi supponatur Mantelianos characteres in alteras migrasse manus; sed adeatur Braun, *loco suprà citato*, ubi legitur extare exemplar unum apud Capucinos Augustenses, in quo manus coæva miniatoris adjecit

sic : *completum et ad finem usque deductum anno Domini millesimo quadringentes. Septuagesimo secundo.*

153 (Pauli Veneti) commentaria in libros posteriores Aristotelis. In-fol.

Incipit sic : *omnis doctrina*, et folio verso, sic terminatur : *explicit pm̄9 liber p9terior*; quod constituit trigesimam quartam lineam ; columnæ cæteræ habent 43. Hanc Florentinam editionem suspicor et ante 1478 ; absque signaturis, numeris et custodibus, et sine titulo.

154 Regulæ Sipontinæ, seu Nicolai Perotti ad Pyrrhum Perottum Nepotem rudimenta grammatica. In-4°.

Præmittitur epistola Calphurnii ad Anton. Moretum; terminatur, folio verso, cum 31 lineis, et cum signaturâ R iiii. Character elegans.

155 Persii Lucilii Flacci poete satirarum liber. In-fol. m. v.

In fine, folio verso, legitur : *liber Persii Lucilii Aulii Flaccii feliciter finit.*
Explicit ignotus per totum Persius orbem.

Constat 12 foliis et paginæ ex 30 lineis. Character verò idem est ac *Salustii* catalogi la Vallière, et pertinet ad Flachen.

156 De remediis utriusque fortunæ libri duo. In-fol. m. r.

Absque anni et loci notâ; terminatur opus folio recto, cum 11 lineis quarum hæc est ultima.

Laus Deo, pax vivis, requies eterna defunctis.

Cæteræ paginæ habent 39 lineas. Hujus characteres pertinent ad Conradum Fyner Eslingensem typographum, vel Eggestein, Caret signaturis, numeris ac custodibus.

Multi dubitarunt opus esse fœtum Petrarchæ. Hoc unum ex hac editione colligitur in favorem Petrarchæ, cujus nomen totius in operis decursu tacetur. In fine scilicet primi libri, legitur: *finit liber primus de remediis utriusque fortune Laureati poete feliciter,*

Editio hæc originalis est ac rarissima vixque innotuit Bibliographis. Vid. tamen Schelhorne in *Diatriba ad Cardinalem Quirini de optim. scriptor. editionibus*, pag. 20, ubi mentio hujus habetur. In libro primo sæpè paginæ habent tantùm 9

lineas; sed Typographus curavit legi in medio : *vacat nec vitio, nec defectu.*

Tria præmittuntur folia prologi, et folio quarto, incipit his verbis : *etas florida est multum*, etc.

Opus hoc planè diversum est ab eo quod Adriano Carthusiensi adscribitur.

157 Phalaridis Epistolæ ex versione Francisci Aretini; una cum epistola amatoria Æneæ Sylvii ad Sigismundum Austriæ Ducem. In-fol. m. v.

In fine legitur : *Incliti phalaridis epistole plenam facundie redolentes suavitatem Eneeque Silvii elegantissima autoris fovens incendium epistola sub illustrissimi Hannibalis Numidiæ Ducis titulo confecta per Magistrum Joan. Koelhof colonie impressa finē habet optatū.*

Civis Agrippinæ modo me Kolhof arte Johannes.
Impressū latè protulit in populos.

Ex 16 foliis. Paginæ non dividuntur in columnas, nec ab anno 1470 distat editio; absque signaturis et custodibus.

158 Phalaridis epistolæ ex versione

Franc. Aretini. *Impr. Florentiæ*, *Anton. Venetus* (circa 1480.) In-4°.

Folia signantur ab *a* ad *c* iij.
Extabat apud Pinelli, N°. 3769.

159 Phalaridis epistolæ ex versione Aretini. In-4°.

Pagina prima ex 25 lineis sicut et ultima quam terminant duo sequentes versus :

Qui modo notus erat nulli penitusque latebat
Nunc Phalaris doctum protulit ecce caput.

(Apparet esse Zarothi, circa 1470.) Hæc editio caret signaturis, numeris et custodibus.

160 Francisci Aretini in Phalaridis Tyranni Agrigentini epistolas e Græco in Latinum traductas. In-4°.

In fine :

Qui modo notus erat nulli penitusq; latebat
Nunc Phalaris doctum protulit ecce caput.
Nobili in urbe Maessana, per Henricū Alding.

Folio verso subscriptionis est registrum qua-

ternion., et foliorum. Caret signaturis; character rotondus et elegans, editio huc usque ignota.

Modus quo scribitur *Macssanæ* subministraret dubitandi rationem, an de Messanâ urbe Siciliæ, an verò de urbe Massanâ in Toscanâ, debeat intelligi; sed Henricus Alding, anno 1478 impressit *Messanæ*, in-4°. *psalterium latinum.*

161 Aeneæ Silvii Poetæ Laureati (cui et pro pontificali dignitate Pio nomen est) in disputationem de Curialium miseria ad perspicacissimum jurisconsultum Johannem Ech serenissimi divique Principis Alberti Cæsaris invictissimi Alberti quoque Austriæ Ducis inclyti consiliarium atque oratorem præfatio feliciter incipit. In-4°.

Terminatur his verbis folio recto: *Vale vir (nisi ex Curialibus unus esses) meo judicio prudens, Aeneae Silvii de Curialium miseriâ disputatio finem habet felicem.*

Ex 34 foliis. Pagina prima habet 22 lineas et ultima 14. Character et charta eadem omninò sunt ac ea quibus usus est Gering, pro *Ficheti libris Rethoricorum* et pro *Bessarionis*

epistolis ad Fichetum; ideoque nascente hac arte in Sorbonnâ.

Editionem hanc ignoravit Chevillier et si hanc vidisset Dom. Maugerard, opus non allegasset sub nomine *Epistolæ Pii II ad Joannem de Aich*; quia in editione Zellianâ quâ utebatur, præfatio Æneæ Silvii confunditur cum textu operis *de miseriis Curialium*, quæ in Zellianâ desinit cum lineâ 16 paginæ secundæ, absque ullâ separatione, dùm verò in hac summoperè separatur et his incipit verbis : *æneas Silvius poeta Laureatus salutem plurimam dicit perspicaci ac claro jurisconsulto Joanni de Ech.*

Stultos esse qui regibus serviunt, etc.

Vid. infrà, pag. 47, N°. 46. Potuisset Abbas Rive editionem hanc suæ etiam addere seriei, pag. 59, *de la chasse aux Bibliographes*,

162 Æneæ Silvii poetæ Laureati epistolæ familiares. In-fol. m. v.

Caret nomine loci, anni ac Typographi sed insignis est, ac dignoscitur litterâ R *Plutarchi* la Vallière. Præmittitur epistola una Nicolai de Vuile Comitis imperialis Consistorii et Canonici Lateranensis, et desinit, folio recto cum quo terminatur descriptio urbis Viennensis ab Æneâ

Silvio. Pagina ultima constat 36 lineis et cæteræ habent 37. Caret signaturis, numeris et custodibus. Editio ignota, quæ prō originali posset haberi.

163 Summa venerabilis fratris Bartholomei Pisani ordinis frat. predicat. in quâ de casibus et consiliis ad animam seu conscientiam pertinentibus tractatur. *Impr. Parisiis*, *Ulric Gering*. In-fol.

Accuratè describitur, N°. 664 catalog. la Vallière.

Caret signaturis, numeris et custodibus.

164 Summæ Pisanellæ supplementum. *Impr. Venetiis*, *Vindelinus de Spirâ*. In-fol. m. r.

In fine leguntur aliquot versus quorum sic habent ultimi:

Vindelinus opus pressit spirans utrumq;
Labe repurgatum (crede) volumē emis
Impressum est Sixto Sacro Antistite quarto
Et Veneto Troni principis imperio.

Character gothicus est; absque signaturis,

numeris et custodibus. Cùm autem Nicolaus Tronus, Venetiarum Dux, obierit ante mensem Augusti, anni 1474, sequitur Vindelinum librum hunc impressisse ante mensem et annum prædictum.

165 Plutarchi Historiographi Græci liber de viris clarissimis, e Græco sermone in Latinum, diversis plurimorum interpretationibus virorum illustrium, translatus. In-fol. Tomi duo, m. r.

Operi, cujus hìc titulus exhibetur, præest folium ad cujus recto extat epistola Joannis Antonii Campani, ad Cardinalem Senensem (eadem ac in editione Ulrici Galli) et folio verso registrum vitarum cum nomine translatorum.

Cum epistola Philelphi et gestis Thesei incipit opus, quod terminatur cum vitâ Caroli Magni, folio recto, et cum 22 lineis.

Describitur catalog. la Vallière, N°. 5572 ubi inciditur littera R singularis, de quâ vide ad *Math. Sylvatici Pandectas medicinales*, etc.

Editio hæc elegans transumta fuit ex Romanâ Ulrici Galli, et pro secundâ haberi debet hujus auctoris.

Occasioni hujus editionis in errorem lapsus est Schelhornius in sua : *ad Cardinalem Quirini Diatriba de optim. scriptor. editionibus observat. VII*, *pag.* 57, editionem hanc adscribens Ulrico Han.

De hac autem attentè legendus Placidus Braun, pag. 111, ubi discutiuntur rationes pro primatu editionum Romanarum Campani et Andreæ Aleriensis, et momenta producta ab auctore *speciminis Typographiæ Romanæ*, quorum solutionem aggressus est P. Audiffredy in suo *indice librorum* Romæ impressorum, sæculo decimo quinto.

166 Poggi Florentini Secret. Apostolici facetiarum liber.

Facetiæ morales Laurentii Vallensis, aliàs Æsopus Græcus per Dictum Laurentium Vallam translatus.

Et Francisci Petrarche de salibus virorum illustrium ac facetiis. *Impr. Parisiis.* In-4°. m. r.

Paginæ integræ sunt 25 linearum, et character Petri Cæsaris; absque signaturis. Ex 118 foliis. Præmittitur index 9 foliorum, et in fine

legitur: *expliciunt facetie Francisci Petrarchi impresse Parisius.*

Vide Debure, N°. 3595.

157 Liber venerabilis Prudencii de septem peccatis mortalibus et virtutibus septem oppositis. In-fol. m. r.

Folio verso terminatur cum 12 lineis quarum ultima sic habet: *Deo gracias.* Constat 13 foliis, et character pertinere videtur ad Cephalum Wolfium aut Koburgerum; absque signaturis. Folio autem primo miniator adjecit: *anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo quinto in Vyepach Dmca octe.*

168 Libellus Sindicatus officialium ad excelsum et clarissimum equitem Dominum Diomedem Caraffam Madaloni comitem dignissimum urbisque Parthenope defensorem; et tractatus ludorum ad breve compendium reductus per Dom. Paridem de puteo legum Doctorem in Civitate Neapolis, multis per eum additis, die quartâ Octobris, M cccc LXXII. In-fol. m. r.

In fine legitur : *finis utilis tractatus de ludo*,

, Sixtus Reiſſinger.

Character est elegans Sixti Reissinger.

169 Solemnis et utilissimus libellus de re militari, ubi est tota materia duelli, seu singularis certaminis noviter compilatus per..... Dñm Paridem de Putheo pro almâ Civitate Neapolis, ubî milites et nobiles poterunt speculari, etc. In-fol.

Operi præest epistola auctoris ad Constantium Sfortiam de Aragoniâ Pisauri Dominum quæ folium primum occupat. Terminatur opus folio recto, absque ullâ subscriptione, et pagina hæc habet 13 lineas. Folio verso sequitur registrum quaternionum.

Paginæ sunt 36 linearum. Editio hæc pertinere videtur ad sixtum Russinger, circa 1472, et primum est opus impressum *de duello*, seu *certamine militari*. Caret signaturis. Editio penitùs ignota ac rarissima.

170 Repertorium seu compendium in

figuras Bibliorum, per Ant. de Rampigolis. In-fol. m. r.

Character est Zellii, et terminatur folio recto, cum septem lineis; dùm quævis pagina integra habet 41. De opere vide Prosper Marchand, *Dictionnaire historique*, *Tomo* 1°. *pag.* 289, *et Tom. II pag.* 24; et catalog. la Vallière, N°. 127.

171 Ex gestis Romanorum historie Nobiles: de vitiis virtutibusq; tractãtes cũ applicacõnibus moralisatis et misticis. In-fol. m. v.

Legitur in fine: *ad intellectũ trãssumptis recollectorii finis est feliciter. laus Deo.*

Editio prima; columna operis ultima habet 25 lineas, cæteræ verò 36. Character idem quo usus est Ulricus Zellius pro *Caraccioli sermonibus anni* 1473. Prosper Marchand, *Diction. histor. Tom.* 2°. *pag.* 24; et Foppens, *Biblioth. Belgica*, *Tomo primo*, *pag.* 353, de hoc libro discurrunt; secundus eum adscribit Gerardo Lew, Typographo Goudensi, sed primus hunc ipsi denegat.

172 Cronica quæ dicitur fasciculus temporum

porum (Verneri Rolevinch.) In-fol. m. r.

Editio originalis ; paginæ numerantur more Romano, et sunt 282. Factum historicum ultimum spectat ad annum 1470 ; sed in fine annectitur folium ex eodem charactere, referens pompas ac ceremonias ab Imperatore, pro Carolo Duce Burgundiæ, Treviris habitas anno 1473 ; et ejus verso legitur : *Save Gairdt vive Burgund.* Præmittuntur folia duo prologi, in cujus fine extant insignia Nicolai Goltz Typographi Coloniensis.

Editio hæc circa annum 1474 prodiisse conjicitur. Caret signaturis et custodibus. Editionem hanc primam esse suspicor, tum propter factum anni 1473 additum, tum quia in hac solâ editione tacetur origo et epocha inventionis artis Typographicæ ; secùs verò dicendum de eâ quam Therhoernen edidit anno 1474, et in sequentibus. Nec alia occurrit figura præter *Arcam Noe.*

173 Conclusiones sive decisiones Rotæ Romanæ. In-fol. v. fauve.

Duas in partes dividitur, prima est de antiquis quæ sic terminatur quartâ columnâ : *antiquar.*

decisionum Rote finis. Secunda verò est de novis, et sic terminatur cum columnâ secundâ : *decisiones suis cum additionibus dominorum de Rota finiunt feliciter.*

Character Basileensis apparet, circa 1478. Columnæ habent 60 lineas ; præcedunt textum quatuor folia indicis titulorum. Caret signaturis, numeris et custodibus.

174 Joan. Salisburgiensis de nugis curialium libri VIII, seu liber Policraticus. In-fol. m. r.

Operi præest prologus et index ex 31 foliis ; terminatur cum columnâ tertiâ his verbis : *finit opus p̄clarū̄m de nugis curialum et vestigiis p̄hōr cūi9 Johānes Salisberiēsis actor fuit.*

Et tria sequuntur folia quæ exhibent metra : *de membris humani corporis contra stomachum vociferantibus.*

Paginæ in columnas dividuntur quæ sunt 40 linearum. Caret signaturis, numeris et custodibus. Editio princeps et ignota.

175 Excerptæ orationes ex libris historiarum C. Crispi Salustii. In-4°.

Incipit ab oratione Lepidi Consulis ad R. P., et terminatur his versibus :

Christe Deus, vere sancte genetricis amore,
Corporis ac animæ sit tibi cura meæ.
Hostis ab insidiis cunctis hac nocte tuere;
peccavi, fateor, tu miserere mei.

Pagina hæc ultima habet 18 lineas. Character verè singularis est, Gothicus tamen, nec similem videre mihi contigit.

Habet signaturas quarum ultima D iv, et nisi obesset earum usus, ad Typographiæ tentamen revocari posset hoc opus.

176 C. Crispi Salustii libri de bello Catilinario et Jugurtino, unà cum IV invectivis Ciceronis in Catilinam. In-4°. m. v. pap. lavé et reglé.

Immediatè a belli Catilinarii prologo incipit, et desinit cum folio 28, et octo versibus quorum ultimus sic habet :

Itur ut in facinus et labat omne decus.

Et folio sequenti incipit bellum Jugurtinum, quod desinit cum folio recto his verbis : *C. Crispi Salustii de bello Jugurtino liber finit.*

Et Sequuntur quatuor versus *de morte Jugurtæ*, et sequentes :

Quos Bellona viros olim cõcusserit armis,
Egregie Crispus disserit hoc opere.
Quisquis amas igitur nunc bello strenũs esse!
Ex Crispo discas fortia facta sequi.
Sin magis oblectat ornate copia fandi,
Rectiloquus fias Crispus ut ipse fuit.
Abste percupit id preclara Lutecia! que sic
Hos prope divina perpolit arte libros!
Fratrũ cede madẽs Numidarũ rẽor iniquus!
Hostis item Romæ pulsus ab arce ruit.

Folio sequenti incipiunt M. T. Ciceronis invectivæ in L. Catilinam, quæ occupant 32 folia et terminantur sic :

Et in hoc finitur quarta invectiva Marci Tullii Ciceronis in Luciũ Catilinam.

Editio elegans et penitùs ignota ; ex charactere Petri Cæsaris Lutetiæ imprimentis, et circa 1473. Absque signat., num. et cust. Paginæ pro solito sunt 26 linearum.

177 Crispi Salustii libri de conjuratione Catilinæ et de bello Jugurtino cum

Ciceronis invectivis in Catilinam. *Impr. Parisiis*, *Ulric Gering* (*circa* 1477.) In-4°.

Pagina ultima ex 25 lineis, et signatura ultima O. V.

178 Salustius de conjuratione Catilinæ et de bello Jugurtino. In-fol. m.

Vid. catalogum la Vallière, N°. 4889, ubi ejus accuratior exhibetur descriptio quam Abbatis Rive observatio; ibique ejus specimen inciditur.

Character pertinere videtur ad Flachen Argentinensem Typographum.

179 Oratio lamentabilis egregii doctoris Dñi Johannis Savageti, Constantiens. et Basileens. ecclesiarum canonici et archidiaconi in Romanâ curiâ olim Causidici super turbatione dicte ecclesie Constantiens. ad S. D. N. Papam Sixtum quartum etc.

Ejusdem Savageti tractatus super con-

troversiis ecclesiæ Constantiensis, etc. In-fol. m. r.

Primum opusculum constat IV plagulis et secundum ex 17. Paginæ habent 40 lineas; absque signaturis; character elegans, qui pertinere videtur ad eum quo in Villa Beronensi utebatur Canonicus Helias de Louffen.

180 Luc. Ann. Senecæ ad Lucillium epistolæ. In-fol. m. bleu.

Facilè secernitur litterâ R; paginæ habent 35 lineas.

Describitur etiam N°. 4434 catalogi la Vallière; exemplar elegans ex editione forsàn principe.

181 Seneca de formâ et honestate vitæ et remediis fortuitorum. In-fol. m. r.

Constat 10 foliis et ultima pagina ex 17 lineis. Et ex charactere quo *Henricus Ariminensis*, circa 1472, Argentinæ prodiit.

182 Seneca de formâ et honestate vitæ et remediis fortuitorum. In-fol. m. r.

Ex 7 foliis, et ultima columna ex 19 lineis; character verò pertinet ad Conradum Fyner.

183 Senecæ proverbia secundùm ordinem alphabeti, cum tractatu ejusdem de moribus.

Ex 15 foliis.

M. T. Cicero pro lege Maniliâ, sive de laudibus Pompeii, sive de Imperatore eligendo oratio.

Terminatur cum signaturâ d iiij.

Augustini Dati Senensis Isagogicus libellus in eloquentiæ precepta.

Ex 31 foliis non signatis; pagina ultima ex 30 lineis. Omnia in-4°.

Character primi pertinet ad Ulricum Gering, circa 1479: secundi verò et tertii gothicus est.

184 Questiones magistri Johannis Scoti abreviate et ordinate per alphabetum, super quatuor libris sententiarum quodlibetis Metaphisicis et de animâ. In-4°.

In fine legitur:

Impresse ꝑ mgrm Vendelin de Spira. laus deo.

Folia signantur. Character gothicus, et habet folia 373.

Redactor autem ille et abbreviator est frater *Joh.*

de Coloniâ germanus, sacrarum litterarum professor.

185 Sidonii apollinaris opera. In-fol. m. v.

Caret signaturis, num. et custodibus. Paginæ habent 32 lineas et ultima 13; ante annum 1477 prodiisse videtur et quidem in Belgio; manus enim coæva scripsit: *emptus et ligatus* 1477.

Post factam collationem hujus cum editione Mediolanensi, anni 1498, quæ pro principe habebatur; luce clariùs apparet hanc ultimam factam fuisse ad imitationem prioris, et hanc esse primam ac principem et huc usque ignotam.

EDITIO PRINCEPS.

186 Mathiæ Sylvatici Pandectæ medicinales. In-fol. m. r.

Operi præmittitur: *epistola Mathæi Moreti Brixiencis ad Francisc. de Gonzaga cardinalem Mantuanum*, quæ unà cum indice capitulorum alphabetico occupat priora folia; et cum folio sexto opus alphabeticè dispositum incipit; constat 307 foliis. Caret signaturis, num. et custodibus; columnæ habent 55 lineas, et terminatur cum columnâ secundâ quæ habet 54 lineas.

Editionem hanc originalem non dicam, cùm præmittatur ipsi *epistola Moreti* qui munere correc-

toris Typographici fungebatur in Italiâ. Concludi naturale est hanc editionem fuisse desumptam ex alterâ.

Mathæus Sylvaticus fuit patriâ Mantuanus; librum suum dicavit Roberto Siciliæ regi.

Hæc editio cujus characteres partìm Romani partìm gothici sunt, multis in locis exhibet R singularem, quam litteram sæpè occurrere diximus in hujus catalogi variis libris. Cum hac tamen diversitate quod omnes illi, Romano quasi charactere imprimantur; secùs verò Sylvaticus cujus characteres aliundè iidem sunt quibus usus est Mantelius in edendis *speculis Vincentii Bellovacensis*. Undè Braun pag. 21: *librum hunc genuinum Mantelii opus esse* affirmat, hinc verisimile est libros omnes qui cum hac R imprimuntur prælis Mantelii emersisse. De quo vide suprà N°. 50, *catholicon Johan. de Janua.*

187 Sermones notabiles et formales fratris Socci Ordinis Cistercientium de Sanctis. in-fol.

Præest folium unum indicis Sermonum: paginæ habent 42 lineas et ultima 21. Caret signat., numer. et custodibus; accuratè describitur a Braun pag. 78, ubi a Michaele Reyser impressum Eustadii affirmatur.

Editio una anni 1476, refertur in *miscellan. Lipsiensibus*, *Tom.* XII, *pag.* 71 : sed malè indicatur sub nomine Succi.

188 Roderici Sancii Episcopi Palentini ad Cardinalem Bessarionem epistola lugubris simul et consolatoria de infelice expugnatione et invasione insulæ Negropontis etc. In-4°. m. r.

Quævis columna integra est 37 linearum, et ultima 17; ex 10 foliis.

Character idem quo Zellius usus est pro *Roberti de Litio sermonibus*, *anni* 1473.

189 Roderici Sancii de Arevalo Zamorensis Episcopi speculum vitæ humanæ. In-fol. m. r.

Volumen incipit præfatione Roderici ad Paulum II, et pagina hæc prima constat 31 lineis; folio verso terminatur sex solitis versibus.

Edidit hoc linguæ. . . . .
. . . . *Gloria parta viri.*

Pagina hæc habet 25 lineas, quam subsequuntur 4 folia indicis. Caret signat., num. et custo-

dibus; hæc est rarissima editio facta Parisiis ab Ulric Gering, ad tardiùs anno 1472. De quo vid. Chevillier, *origine de l'imprimerie de Paris*, *pag.* 34.

EXEMPLAR ELEGANTISSIMUM.

190 Roderici a Zamora speculum vitæ humanæ. In-fol. m. v.

In fine octo sunt versus, quorum quatuor sequuntur posteriores.

Nam tibi distinctum punctis virisque relectum
Viris perfinxit regia Parisius.
Presserunt Petrus Cæsaris simul atque Johannes
Stol quibus ars quod habet omne retulit eis.

Editio elegans cum litteris deauratis; absque signaturis. Columnæ sunt 33 linearum. Vid. catalog. la Vallière, N°. 1314; et Chevillier, pag. 56.

191 Fortalitium fidei (Alphonsi de Spina.) m. citr.

Columna prima textûs habet 47 lineas, et ultima 48; titulus est manuscriptus. Præest index 8 foliorum.

Amplissimam hujus descriptionem suppeditat

Braun, pag. 16, ubi probat e Typographiâ Mantelii procedere, et ex eod. charactere quo *Pharetra Sti Bonaventuræ*, ante annum 1473. De auctore libri vide ibidem.

Post prohemium extat una in folio lacuna (passe-partout) pro figurâ unius turris suscipiendâ quæ in editione sequenti inciditur. Vid. Denis, N°. 4930.

Exemplar elegans cum litteris ex auro et coloribus, etc.

192 Fortalitium fidei (Alphonsi de Spina.) m. r.

Post prohemium, id est, in columnâ secundâ extat figura ligno incisa et miniata exhibens turrim et homines armatos contra dæmones; hujus columnæ habent 47 lineas et ultima 45: sequitur index sex foliorum. Vid. catal. la Vallière, N°. 814; et Denis, N°. 4931.

Prodiisse autem Nurembergæ apud Coburger suadent ornamenta folii primi, similia illis *Bibliorum Coburgeri anni* 1475, et characterum affinitas. Sed major conformitas cum *bibliis Richelii* et cum *viola Sanctorum*, N°. 4713 la Vallière, hoc vindicaret pro Typographo Basileensi.

193 Sexti Aurelii Victoris liber virorum illustrium, velùt aliis videtur Tranquilli Suetonii de præclaris Romanor. gestis. Accessit Sexti Rufi de historiâ Romanâ libellus. *Ruessinger* (*Neapoli* 1470.) In-4°. m.

Editio princeps in quâ nec Suetonio nec Plinio tribuitur. In initio Sexti Ruffi est præfatio manuscripta Angeli Typhernatis, propriâ manu ipsius scripta; ab eodem etiam varia in textu correcta sunt. Et in fine legitur, charactere capitali: *Sixtus Ruessinger.* Libellus ille verè ipsius est tentamen Typographicum rude ac informe. Extabat etiam apud Pinelli, Tom. 2°., N°. 2650.

194 Caii Suetonii Tranquilli vitæ XII Cæsarum. In-4°.

Immediatè a versibus quinque Ausonii in XII Cæsares incipit, quos sequitur liber primus. Et terminatur aliis Ausonii versibus *ad Hesperium filium*, cum tetrasthico de Cæsaribus. Post Suetonium, et folio verso ultimo, duo extant testimonia de Suetonio; pagina hæc constat 29 lineis, dùm cæteræ habent 32.

Singulare habet hæc editio quod linea lineæ,

pagina paginæ correspondeant editioni Jansonianæ anni 1471, ita ut una necessariò fuerit imitatio alterius et ejusdem circiter ætatis; hujus tamen character est minor, rotondus ac elegans: absque signat., num. et custod.

Nec paginæ in columnas distribuuntur.

195 Familiarium Epistol. compendium ex diversis hinc et indè probatissimis autoribus pro communi studentium profectu per Ant. Liberum Susatensem. In-fol. m. verd.

Ultima pagina est 30 linearum tantùm, terminatur cùm signatura M 5. Editio videtur Coloniensis, circa 1478, aut Augustana.

196 Cornelii Taciti annalium et historiarum libri qui tunc supererant; ejusdem libellus de moribus Germanorum; et dialogus de claris oratoribus. In-fol. m. r.

In fine leguntur versus sequentes.

Cæsareos mores scribit Cornelius, esto
Iste tibi codex: historiæ pater est.

Insigni quem laude feret gens postera pressit
Spira premens: artis gloria prima suæ.

Quis autem ex Johanne aut Vindelino de Spirâ fuerit hujus impressor et quo anno prodierit? definire difficile est; hunc tamen adscriberem Vindelino, sequentibus innixus rationibus.

1.° Johannes dicit in fine primæ editionis *epistolarum Ciceronis*, *anni* 1469, hanc esse primum ejus laborem, *cum labor hic primus calami superaverit Artem.*

Non ergo potuit *Tacitum* appellare *primam gloriam artis suæ*, quam jam in edendo *Cicerone* consecutus fuerat.

2°. Character utriusque editionis *epistolarum Ciceronis*, *Plinii*, *et Augustini de civitate Dei*, (non enim alios impressisse libros Johannem testatur ipsius frater in subscriptione *Augustini.*) semper idem pro illis, discrepat ab eo quo *Tacitus* impressus est, dùm verò idem omninò est in libris quos sequentibus annis Vindelinus impressit.

3°. Adscribendo *Tacitum* Vindelino solvitur veritas subscriptionis: *Artis gloria prima suæ*, sicut *Ciceronis epistolæ* fuerant *primus labor Johannis.*

4°. Vindelinus in *Augustini* subscriptione enu-

merans editiones Johannis tacet de Tacito.

5°. Custodes nunquam adhibuit nec titulos in *epistolis Ciceronis* Johannes; quæ tamen occurrunt in *Tacito.*

Quo verò anno prodierit *Tacitus* etiam certò definiri nequit. Mihi tamen probabiliùs apparet sub finem anni 1470, terminato *Augustino*, fuisse vulgatum; probabilitatis hujus rationes subministrante subscriptione *Augustini*: secundùm hanc enim *Johannes edocuerat* Venetos anno 1469, de arte typographicâ; et anno 1470, quo tempore *Augustinum* imprimebat, *morte peremptus est.* Hinc Vindelinus adfuit qui volumen finivit et quidem cum iisdem characteribus quo Johannes et *Ciceronem* et *Plinium* ediderat.

Hac autem *Augustini* terminatâ editione, Johannes nomine suo *premens pressit* et fuit *Tacitus artis gloria prima suæ.*

Character autem *Taciti* paulò major eo quo utebatur Johan. Idem est ac editionum Vindelini in sequentibus annis.

Qui adscribunt *Tacitum* Johanni, in probationem adducunt custodes quibus gaudet, et quæ in Vindelini editionibus non apparent; sed facilis solutio: producant enim librum in quo Johannes eas etiam adhibuerit; dùm verò, ex eodem charactere *Taciti*, producam *Grammaticale opus*

Alexandri

Alexandri de Villadei, in quo occurrunt. Aliundè nullius esset hæc ratio momenti; sæpè enim Typographus custodibus usus est in unâ editione, illis omissis in sequentibus, ut patet *a Johanne de Colonia*, *annis* 1473 et 1474.

197 Consolatio theologiæ compilata a Joanne de Tambaco. In-4°. m. r.

Constat 99 foliis; et folium quadragesimum primum, quod est quartum libri VII, imprimitur cum charactere diverso et grandiori, ita ut ad recto habeat 18 lineas, et verso 17: quod omninò singulare est. Character ille major sicut et minor Schoyfferi esse videntur circa 1470.

Pagina prima habet 27 lineas, et ultima 26; folio verso sic terminatur: *explicit ɔsolaĉo theologiæ ɔpilata a magro Johañe de Tambaco sacre theologie doctore eximio.*

198 Joan. de Tambaco ord. pred. de consolatione theologiæ libri XIV. In-folio. m. r.

Ex charactere Michaelis Reyser; ultima pagina habet 21 lineas. Vide catalog. la Vallière, N°. 556. Caret signat., num. et custod.

De variis opinionibus, circa ejus Typographum, vid. Denis, N°. 5988.

199 Contemplationes devotissime per Reverendissimum Dominum dñm Joh. de Turrecremata cardinalem quondam Sancti Sixti edite, atque in parietibus circuitus Marie Minerve nedum literarum characteribus, verum etiam imaginum figuris ornatissime descripte atque depicte. In-fol.

Ex foliis 15; columna prima ex 38 lineis; et ultima ex 37; absque signaturis.

Licet titulus relatus supponat figuras incisas, nunquam tamen in hac editione extiterunt.

Character est gothicus, Coloniensis ex genere quo Homborch utebatur.

200 Varii tractatus per Ginther Zainer. *Impress. Augustæ*, circa 1470. In-fol. m. r.

1 Beati Hieronimi liber de viris illustribus.

2 Idem de essentiâ Divinitatis.

3 Summa edita a Sancto Thoma de articulis fidei.

4 Augustinus de animæ quantitate.
5 Ejusdem soliloquiorum libri duo.
6 speculum peccatoris.
7 Libellus Consolatorius ad instructionem devotorum, appellatus *de imitatione xti libri* IV.

In hujus fine legitur:

Viri egregii Thomæ (a Kempis) montis Sancti Agnetis in trajecto regularis canonici libri de xpi imitatiōe numero quatuor finiunt feliciter per Gentheum Zainer ex Reutlingen, ꝓ genitum litteris impssi ahenis.

8 Errores Judeorum extracti ex Talmud.
9 Probationes novi testamenti ex veteri.
10 Processus judiciarius seu litigatio, Manscaron contra genus humanum.
11 Liber de arte moriendi.
12 Donatus arte grammaticus homini in sui ipsius cognitionem per allegoriam traductus.

Omnes isti tractatus impressi sunt ex charactere quo Zainer *speculum vitæ humanæ anni* 1471;

et eodem modo uniti extabant apud la Vallière, N°. 366. Separáti verò discutiuntur apud Braun, a pag. 37 ad 40.

Conveniunt omnes hanc esse primam editionem librorum IV *de imitatione xti*, quâ in editione Thomæ a Kempis adscribuntur; quam editionem vix norunt Delfau et alii in controversiâ de auctore hujus libri.

201 Tractatus varii de diversis materiis. *Impress. Romæ*, currente decimo quinto sæculo. In-4°. m. r.

1 Tractatus quidam de Turcis prout ad presens ecclesia Sancta ab eis affligitur, collectus diligenter discussione scripturarùm a quibusdam fratribus predicator. ordinis, etc.

Constat 32 foliis, et paginæ habent 27 lineas; ignoravit hunc Audiffredi.

2 Ars bene moriendi.

Sic incipit: *cum de presentis exilii miseriâ*, etc. Ex 18 foliis, et paginæ 29 linearum. Non novit Audiffredi. Hujus auctor est Cardinalis de Firmo anno 1452.

3 Tractatus Jubilei editus ac compilatus per Joh. *de Ananiâ*, Archidiaconum Bononiensem anno 1450.

Ex sex foliis; non innotuit Audiffredy.

4 Tractatus medici Matheoli perusini de memoria.

Ex sex tantùm foliis; ignotus fuit Audiffredy.

5 Andreæ Brentii oratio ad sixtum IV de somniis.

Ex 15 foliis; non novit hunc Audiffredy.

6 Tractatus de jejuniis per Anton. de Rosellis utriusque juris doctorem.

Ex sex foliis; alterius editionis memoratur Audiffredy, pag. 276.

7 Rolandi Capilluti Crysopolitani Philosophi Parmensis tractatus de curatione pestiferorum apostematum: *Rome impressum per ingeniosum virum magistrum Udalricum Gallum de Almania.*

Ex sex foliis. Vid. Audiffredy, pag. 380.

8 Questiones eximii sacre Theologiæ professoris Sti Thomæ de Aquino circa confessionem, seu sacramentum penitentiæ.

Ex 11 foliis; non novit Audiffredy.

9 Canones penitentiales per episcopum civitatensem compositi, *dominus mecum est tanq̄ bellator fortis.*

Ex 10 foliis, et paginæ ex 30 lineis.

10 De defectibus occurrentibus in Missa.

Ex octo foliis, incipit sic: *regula dirigens.* Vid. Audiffredy, pag. 365.

Quinque hæc posteriora opuscula sunt ex charactere Ulrici Galli.

11 Joan. de Turrecremata tractatus de aqua benedicta: *finitus et impressus... per venerabilem virum magist. Bartholom. Guldinbech de Sultz, anno Jubilei* 1475; *die verò Mercurii pe-*

nultima Augusti, regnante Sixto IIII. Pont. Max. anno ejus quinto.

Ex 18 foliis. Vid. Audiffredy, pag. 199.

12 Somnium Enee Silvii poete Laureati de fortuna.

Ex 10 foliis, et pagina ultima ex 27 lineis. Hunc Audiffredy ignoravit.

13 Magistri Arnaldi de Villanova de arte cognoscendi venena, una cum tractatu de epidemia et peste Valasti de Tarenta Regis Francie prothomedici.

Ex 16 foliis, novit Audifredy, pag. 380.
Hæc 13 opuscula prodiere Typis partim Bartholom. Guldinbech et partim Ulrici Galli.

14 Guilelmi Caorsin Rhodiorum obsidionis descriptio.

Ex 12 foliis, et pagina ultima 17 linearum: character verò Eucharii Silbert. Hanc ignoravit Audiffredy.

15 Benedicti Maffens abbreviatoris

Apostolici presidentiæ majoris oratio de laudibus pacis.

Sic terminatur :

Rome Pridie Idus Decembris, anno salutis quadringent. octuagesim. secundo, supra millesimum sedente Sixto IIII. Pont. Max. anno duodecimo.

Ex 16 foliis, pagina ultima sicut cæteræ 22 linearum.

Ex charactere elegantissimo Hugonis de Gengenbach ; non novit Audiffredy.

202 Sancti Thomæ tertia pars Summæ. In-fol. m. r.

Ex charactere Friderici Biel et Wensler. Columna ultima est 37 linearum, cæteræ habent 46. Terminatur sic : *et sic est finis.*

Quinque folia indicis subsequuntur ; numeri custod. et signaturæ desiderantur.

De hac editione nihil reperi apud Bibliographos. Facilè dignoscitur litterâ 𝔙.

203 Divus Thomas de veritate Catholicæ fidei contra errores Gentilium. In-fol. m. r.

Omnis columna est 49 linear., et ultima habet 37; terminatur sic:

Laus et honor Deo.

Character est idem ac *Henrici Ariminensis Argentinæ impressi*; vid. Placidum Braun, pag 83, ubi insignis ejus vetustas ac raritas commendantur. Vid. Denis, N°. 6021; Seemiller parte primâ, pag. 115.

204 Sancti Thomæ Secunda Secundæ. In-fol. m. r.

Columnæ sunt 50 linear. et ultima 46. Cum columnâ quartâ terminatur: præeunt octo folia indicis questionum et materiæ, quorum ultimo verso extat registrum quinternionum.

Character autem pertinere videtur ad eum quo Richel aut Bertholdus Basileæ utebantur.

Caret signaturis, numeris et custodibus.

205 Sancti Thomæ Secunda Secundæ. In-fol. m. r.

Prima columna habet 59 lineas, et ultima indicis habet 10.

Post ordinem questionum et ante indicem le-

gitur : *explicit ordo et signatio questionū sc̄dī libri sc̄de p̄tis Beati Thome de Aquino benedictus Deus. Amen.*

Et statim eleganter satis manus falsarii addidit MCCCC LXIX.

Caret signat., num. et custodibus.

Character est ex eo genere quo Eustadii Michael Reyser utebatur.

206 Sancti Thomæ quæstiones quodlibeticæ. In-fol.

In fine legitur :

Et tantum de istis explicit.

Videtur Romæ impressus circa 1470 ; pagina prima habet 31 lineas, et constat 423 paginis.

Describitur catalogi la Vallière N°. 537, et ante annum 1473 fuisse impressum probat Morelli, catalogi Pinelli N°. 943.

207 Tractatus de periculis contingentibus, circa sacramentum Eucaristiæ et de remediis eorumdem ex dictis Sancti Thomæ de Aquino.

Epistola Sancti Thomæ de Judeis

ad petitionem Comitisse Flandric fæliciter incipit. In-fol. m. r.

Duo hæc opuscula occupant 7 folia, pagina prima habet 32 lineas et ultima 34.

Caret signat., num. et custodibus.

Character autem pertinet ad Joan. Schusler Augustensem.

Seemiller parte primâ, pag. 131, videtur eamdem referre editionem, quo in casu, assertioni ejus de Typographo Joan. Zainer non adhærerem, neç Denis N°. 6038.

Litteræ principales non sunt incisæ, quas tamen esse in suâ affirmat Seemiller.

208 Sancti Thomæ summa de articulis fidei et ecclesiæ sacramentis.

Tractatus de periculis quæ contingunt, circa sacramentum Eucharistiæ et tractátus ejusdem de Judæis ad petitionem Comitissæ Flandriæ. In-fol. m. r.

Terminatur sic: *et sic est finis.*

Pagina ultima habet 6 lineas, prima 33, et constat 18 foliis.

Ex charactere quo Flachen usus est pro *Salustio* catal. la Vallière.

209 Sancti Thomæ summa de articulis fidei et ecclesiæ sacramentis. In-fol. m. r.

Ex charactere Biel et Wensler de quo vide N°. 202 : pagina prima est 29 linearum et ultima 30. Terminatur his verbis :

Et sic est finis.

Constat 19 foliis.

210 Sanctus Thomas de beatitudine æternitatis. In-4°. m. r.

Ex 36 foliis ; ultima columna est 26 linear., ex charactere Veldener.

211 Bonum universale de proprietatibus apum. In-fol. m. r.

In fine legitur : *explicit liber apũ q̄ dicit Bonũ univsale quia de prelatis et subditis tractat de quo sit Deus b̄ndictus i secula. Amen.*

Sequuntur indices duo capitulorum scilicet et materiarum.

Auctor operis est Thomas Cantiprantanus ord. prædicatorum qui in hoc opere intendit ad perfectionem inducere peccatores exemplo apum, sicut Nyder exemplo formicæ in suo formicario

pigrum et inertem ad laborem accendebat. Vid. catalog. la Vallière, N°. 1085.

212 Tractatus de Judæorum ac Xtianorum communione. In-fol. m. r.

Ex 15 foliis, et ultima pagina est septem linearum.

Absque signat.; ex charactere quo *Salustius* catalog. la Vallière.

213 Laurentii Vallæ elegantiæ linguæ latinæ libri VI, ejusdem liber in errores Ant. Raudensis ex recensione Petri Pauli senilis Regis Galliæ secretarii, unà cum epist. *Joan. Heynlin de lapide*, ad Petrum Paulum senilem data in ædibus Sorbonæ, anno 1471. In-fol. m. r.

Vid. la Vallière, N°. 2193 et Chevillier, pag. 37.

214 Hieronimi de Vallibus Jesuida seu vita Christi. (*Metricè.*) In-fol. m. v.

Terminatur cum aliquot versibus in proverbia Salomonis his verbis folio verso :

expliciunt p̄verbia Salomonis.

Constat 10 foliis, pagina ultima sicut et cæteræ ex 30 lineis; character verò pertinet ad Biel Wensler, circa 1472. Alia refertur hujus operis editio quæ Ginthero Zainer tribuitur apud Braun, pag. 40.

215 M. Terentius Varro de lingua Latina et de analogia. In-4°.

In fine legitur: *veniam dabis, et errori manum imponas; Vale.*

Cum signaturâ k iv; paginæ habent 29 lineas. Erat compactum cum compendio elegantiarum Laurentii Vallæ ex editione Mediolanensi, anni 1475.

Character pertinere videtur ad Joan. de Colonia cui Maittaire unam tribuit editionem, anni 1474.

Observandum præmitti textui 10 folia indicis quæ incipiunt cum epistolâ *Pomponii ad Platinam*, ita ut hæc folia licet signata, non tamen sequantur ordinem signaturarum totius textûs, quæ incipiunt ab a ad k.

216 Terentius Varro de lingua Latina. (*Romæ, circa* 1470.) In-fol.

Incipit verbis hìs: *Pomponius Platinæ.*

Et accuratè describitur apud Debure, N°. 2251. Pagina ultima est 26 linearum, et cæteræ integræ 32: sed in hoc non inveni folia numerata, sicut affirmat Debure.

Character idem est ac *Pompeii festi* cujus characterem ad *Laver* pertinere suprà dictum est.

Editio princeps, circa 1470.

217 Flavii Vegetii epitome rei Militaris. In-fol. m. v.

Columnæ integræ sunt 38 linearum, et terminatur his duabus litteris, folio verso N. G.

Editio princeps. Typographum habet Nicolaum Goltz in Colonia, circa 1474, discrepat ab eâ quam Debure *bibliograph. instructiv.*, N°. 2129, dicit extare in Bibliothecâ Regiâ.

218 P. Paulus Vergerius de ingenuis moribus. In-4°.

Character rotondus; terminatur cum signatura c iiiij. Folio verso cum 8 lineis.

219 Petri Pauli Vergerii Justinopolitani de ingenuis moribus.

Basilius Magnus de legendis antiquorum libris interprete Leonardo

Aretino. Ejusd. traductio de tirannide ex Xenophonte.

Plutarchus de liberis educandis cum præfatione Guarini Veronensis; quæ omnia terminantur unâ Calphurnii epistolâ.

Impressa Florentie per fcō Dini Florentino. In-4°.

Habet signaturas. Huic unitur sub diverso ordine signaturarum: *Gulielmi Caorsin Rhodiorū vice Cancellarii obsidionis urbis Rhodiæ descriptio.* Ex 16 foliis signatis a. et b.

220 Tractatus qui viator inscribitur. In-folio.

Terminatur folio verso his verbis: *infinitas referamus actiones.* Quæ ultima pagina habet 28 lineas, prima verò 38; absque signaturis, num. et custod.

Character est Villæ Beronensis. Vid. *Turicensem de Cometis*, N°. 137.

221 Veteris Vigellii speculum stultorum. In-fol. m. v.

In fine folio recto legitur: *explicit speculum stultorum.*

Incipit

Incipit autem cum prologo auctoris ad Guillelmum suum amicum, et occupat tria folia seu potiùs paginas 5, et cum quarto incipiunt auctoris carmina sic : *suscipe pauca tibi veteris Wilhelme Vigelli*, etc.

Paginæ habent 30 lineas. Caret signat., num. et custod.

Editio videtur impressa apud Belgas et originalis ; hinc corrigendus Debure, N°. 3988.

222 Viola sanctorum. In-fol. m. r.

In fine legitur : *explicit Viola Sanctorum.*

Paginæ habent 33 lineas, sicut describitur N°. 4713 catalogi la Vallière.

Character verò est ex genere illius quo Bertholdus utebatur pro *Conradi a Mure Thuricensis repertorio.* Habet 93 folia.

223 Vita B. M. Virginis allegoricè scripta et cum 53 figuris allegoricis ad festum Conceptionis. In-4°. m. r.

Figuræ explicantur Latinè et Germanicè in parte superiori. Character pertinere videtur ad Georgium et Michael. Reyser Typographos Eustadienses. Constat 29 foliis ; caret signaturis.

Folium primum exhibet salutationem Angeli. In parte superiori figuræ legitur :

Hanc plenā gratia salutare mente serena.

Ultima figura exhibet M. Virginem lunam calcantem sub pedibus. Hanc figurarum collectionem ignorarunt Heyneken et alii, etc.

224 Vocabularium Teutonico-Latinum. In-fol. m. v.

Prodiit Augustæ apud Zaïner, anno 1470 vel 1471, et ex eodem charactere quo *speculum episcopi Zamorensis* N°. 31. Ultima pagina est 31 linearum quarum ultima sic habet :

Laus deo ; pax vivis, requies æterna sepultis.

Summæ utilitatis est opus illud pro terminis barbaro-latinis apud Germanos usualibus sæculo decimo quinto, pro exponendis v. g. versibus qui extant in fine *decretalium*, ex edition. *Moguntinâ, anni* 1473, et *Romanâ apud Ulric Han, anni* 1474.

Edocet etiam nomen *registri* apud Typographos apprimè tunc cognosci, etc.

In margine jam notantur genera nominum ; et littera prima principalis inciditur.

Caret signaturis, num. et custod.

225 Legenda Sanctorum vel Lombardica historia Jacobi natione Januensis ordinis Predicatorum (de Voragine.) In-fol. m. r.

Legitur in fine : *explicit Lombardica historiá sanctorū.*

EDITIO PRINCEPS.

In columnas dividuntur paginæ quarum integræ habent 42, et ultima 29. Caret signat., num. et custod.

Ultima legenda est de Sanctâ Odiliâ : facilè autem potest distingui editio ex folio 90, cujus charta media unicam habet columnam quæ tractat de Sancto Jacobo majore.

Character pertinere videtur ad eum quo Eggestein utebatur pro *Commentariis in decreto Gratiani.*

Exemplar est elegans editionis ignotæ ac rarissimæ ; constat 297 foliis.

226 Ulrici vulgò Ulmet fraternitas Cleri. In-fol. m. v.

Columnæ habent 38 lineas et ultima 11. Character pertinere videtur ad Koelhoff.

Miniator signat. et cust. manu propriâ ad-

junxit; et tituli capitulorum in superiori parte numerantur.

In fine legitur : *explicit fraternitas Cleri per venerabilem doctorem Ulricum edita, qui vulgò Ulmet vocatur; finit feliciter.*

Describitur a Braun, pag. 100. Altera editio recensetur a Seemiller, *parte primâ pag.* 130, quam tribuit Joanni Zainer.

227 Arnaldi de Villanovâ de arte cognoscendi venena cùm quis timet sibi ea ministrari; et Valasti de Tarenta tractatus de epidemiâ. In-4°.

Terminatur sic : *et sic est finis totius tractatus. Deo gratias.*

Ex charactere elegante Mantuano; anni 1473. Paginæ habent 30 lineas, et ex 16 foliis.

228 Regimen sanitatis ad regem Aragonum a magistro Arnaldo de Villanova directum et ordinatum.

Tractatus de epidemia et peste Dom. Valasti de Tarenta artium et medicinæ doctoris.

Arnaldi de Villanovâ tractatus de

arte cognoscendi venena cùm quis proponit ea alicui ministrare. In-4°. m. r.

Tractatus primus ex 33 foliis, secundus ex 20, et tertius ex quinque: paginæ sunt 24 linearum. Character Romanus primævæ antiquitatis.

229 Leonardi de Utino quadragesimale, (cui titulus *sertum fidei.*) In-fol. m. r.

Columnæ sunt 38 linearum, et ultima 31; folia signantur.

Terminatur opus his verbis: *Deo gratias.*

Sequuntur folia 20, exhibentia abbreviatos sermones pro quâlibet totius anni Dominicâ.

Character est ex eo genere quo Paffroed Daventriæ utebatur in editione libri *creaturarum Sebundii.*

Sermones autem illi quadragesimales diversi sunt ab illis quos sub nomine *quadragesimale de legibus, Venetiis*, anno 1473 Hailbrun impressit.

230 Georgii Valagusæ in flosculis epistolarum Ciceronis vernacula interpretatio. In-4°.

Terminatur cum signaturâ e iiiij; editio vi-

detur Mediolanensis, et interpretatio ex Latino est Italiana.

231 Ars moriendi ex variis Scripturarum sententiis collecta cum figuris ad resistendum in mortis agone Diabolicæ suggestioni. In-4°. m. r.

Amplior est hæc editio illis la Vallière, N°. 591 et 592; tribus enim crescit figuris. Constat 14 foliis et totidem figuris : de hac editione vid. Heyneken, *idée d'une collection d'Estampes*, *pag.* 423, et David Clément *Tom.* 2, *pag.* 146.

Lackman, *Annal. Typograph. selecta capita* *pag.* 108, libri hujus auctorem appellat Matheum de Craçovia S. T. professorem Pragæ.

232 Joann. Andreæ utriusque juris doctoris lectura super arborem consanguinitatis et affinitatis. In-fol. v. f.

Paginæ sunt 33 linearum; ex 10 foliis, unà cum figurâ arboris consanguinitatis.

Braun, pag. 88, describit editionem perfectè huic similem. In eâ extat nomen Creusnerii Tipographi Nuremberg., quod in hac desideratur. Caret signaturis.

233 Stephani Flisci de Soncino variationes synonimorum ad Joh. Meliorantium. In-4°.

Terminatur folio verso cujus pagina ultima habet 22 lineas. Caret signat., numer. et custodibus; sed habet registrum quaternionum. Ex charactere Stephani Plank, Romæ circa 1480.

234 Ænee Silvii Piccolominei, qui et Pius Secundus fuit, epistole in Cardinalatu edite. Lege fæliciter. In-4°.

Ita incipit, et sic verò terminatur folio verso: *finiunt epistole Enee Silvii Piccolominei qui et Pius Secundus fuit in Cardinalatu edite*, et sequitur immediatè registrum; ita ut pagina hæc habeat 22 lineas, cæteræ verò 30: absque signat., ex 86 foliis. Compingitur unà cum ejusdem auctoris opusculo *de miseriis Curialium*, *impress. anno* 1475 (*Romæ*.) Et utriusque idem est character.

235 Durandi rationale divinorum officiorum. In-fol. m. r.

Terminatur cum primâ columnâ, quæ est 38 linearum dùm cæteræ habent 56 character ele-

gans satis est, ac insignis litterâ R, de quâ vide suprà No. 186. Falsarii manus huic adjecerat subscriptionem integram editionis, anni 1459.

Libri sub anno 1470.

1 Sancti Augustini de civitate Dei libri XXII. In-fol. m. r.

In fine legitur :

Qui docuit Venetos exscribi posse Joannes
Mense fere trino centena volumina Plini
Et totidem magni Ciceronis Spira libellos
Ceperat Aureli : subita sed morte perentus
Non potuit ceptum Venetis finire volumen.
Vindelinus adest ejusdem frater ; et arte
Non minor ; hadriacaq3 morabitur urbe.
M. CCCC. LXX.

Præeunt folia 14 indicis ; absque ullâ præfatione et absque signaturis, num. ac custodibus.

Peculiare habet index quod exhibeat primum verbum cujusvis capitis quod fieri potuit ut registri vices gereret.

2 Sanctus Augustinus de civitate Dei. *Venetiis*, *Vindelin de Spirâ.* In membranis. In-fol. vélin.

Exemplar elegans ex editione superiori.

3 Augustinus de civitate Dei. *Impr. Romæ*,

Conradus Swenheym et Arnoldus Pannartz 1470. In-fol.

Præmittitur index 14 foliorum, in quo ad formam registri exhibetur verbum primum a quo incipit unumquodque caput in decursu librorum; quod etiam præstitit Venetiis Vindelinus pro eodem auctore. In hac editione non apparet epistola quam Andreas Aleriensis præposuerat editioni, anni 1468.

4 M. T. Cicero de Oratore. *Impress. Venetiis* 1470. In-fol.

In fine leguntur subscriptio et versus sequentes.

Anno Dom. M. CCCC. LXX.

Si quem oratoris perfecti audire juvabit
Materiam: fons est hoc Ciceronis opus.
Hic tersum eloquium velut Attica lingua refulg&.
Christophori impressus hic liber arte fuit.
Cui stirps Valdarfer: patria estq; ratispona tellus.
Hunc emat: orator qui velit esse: librum.

Paginæ habent 40 lineas. Caret signat., num. et cust. Tantæ raritatis est editio præsens ut De-

bure, N°. 2393, affirmet se nunquam hujus videre potuisse exemplar.

5 M. T. Ciceronis epistolæ familiares. *Impress. Venetiis*, 1470. m. v.

In fine folio recto post sex lineas legitur annus sic: M. CCCC LXX. Caret signat., num. et custodibus.

Character assimilatur cum eo quo Valdarfer hocan no *Ciceronis orationes* impressit, et *de oratore* anno 1471 : paginæ non dividuntur in columnas et habent 40 lineas.

EXEMPLAR ELEGANS.

6 Ciceronis epistolæ ad Atticum Brutum et Quintum fratrem. In-fol. in membranis, vélin.

Sex in fine leguntur versus sequentes:

Atticè nunc totus Veneta diffunderis urbe:
Cum quondam fuerit copia rara tui
Gallicus hoc Jenson Nicolaus muneris orbi
Allulit: ingenio Dædalicaq3 manu.
Christophorus Mauro plenus bonitate fideq3
Dux erat. Auctorem lector opusq3 tenes.

Litteræ principales auro et coloribus depictæ sunt. Caret signat., num. et custod.

Exemplar elegantissimum, vide *Bibliograph.* N°. 2420.

7 Joannis Chrysostomi homiliæ in Joannem cum præfatione Francisci Aretini ad Cosmum Medicem. *Romæ in monasterio Sancti Eusebii, Georg. Laver* 1470, *die 29 Octobris.* In-fol. m. r.

13 Folia prologi et indicis præcedunt, et subscriptio hæc in fine legitur :

Omelie. LXXXVII. Beati Johãnis Chrisostomi sup evãgelio Johanis Rome in S. Eusebii monasterio scripte et diligẽter correcte : anno dñi M. CCCC. LXX. die lune XXIX. Mensis Octobris : Põti. S. in xp̃o p̃ris ac dñi notri dñi Pauli divina pvidentia pape secũdi, anno ejus septimo expliciunt, Deo laus.

Vide Audiffredi et catalogum la Valliere, N°. 398.

Volumen hoc fuit Celestinorum de Marcoussy; monasterium etiam Sancti Eusebii propè Sanctam Mariam majorem erat ejusdem ordinis.

8 Eusebii Cæsariensis libri de præpara-

tione evangelicâ. *Venetiis Jenson* 1470. In-fol. m. r.

Terminatur his versibus : *Antonii Cornazani in laudem Artificis Epigramma* :

Artificis : et fidei splendet mirabile numen :
Quod fama auctores : auget honore deos.
Hoc Jenson Veneta nicolaus in urbe volumen
Prompsit : cui felix Gallica terra parens.
Scire placet tempus ? Mauro Christophorus urbi
Dux erat : æqua animo musa retecta suo est
Quid magis artificem peteret Dux : christus et auctor?
Tres facit æternos ingeniosa manus.
M. CCCC LXX.

Caret signat., num. et custodibus. Character elegans, vide Debure, N°. 296. Editio princeps.

9 Durandi rationale divinorum officiorum. In-fol. m. r.

In fine legitur :

Anno a nativitate dnicâ, millesimo quadringentesimo septuagesimo kalend. vero februarias undecimo. Libri pñtis collectaneã cui et rõnale divinorum titulus, Gentherus Zainer ex Reutlingẽ ci-

vis progenitus urbe autē cōmanēs Augustensi in medium cunctis legendum exaravit felicit. non scriptorum arte quam majores nr̄i & q̄dē sapientissimi Pii coluere que hodie litterarum etiam ignavis ut ita dicam. Relinquitur verum longe alia impressoria. sc3. q̄nr̄a ultiā dotata ē etas. quā & divinā q̄a erratorum obviatrix. omnium doctissimorum judicō juste appellaverim.

Paginæ in columnas dividuntur; signat., num. custodes ac majores litteræ desiderantur.

Columnæ autem pro solito sunt 50 linearum.

EXEMPLAR ELEGANS.

10 De spiritualibus nuptiis incipit opusculum Magistri Johannis de Gersonâ, Cancellarii Parisiensis, super Cantica Canticorum ad Carthusiensem, secundum triplicem amorem distinctum, etc. In-fol. m. r.

In fine legitur: *super sapientis Hebrei cantica Johannis de Gersona...... Nuremberge anno & septuagesimo impressorie artis industria effigiatum*, (omisso numero millenario et centenario.)

Character idem est ac *Comestorii vitiorum*, ejusdem loci et anni, cujus subscriptionem incidi

curavit Theophilus de Murr *parte primâ*, pag. 317, *memorab. Biblioth. Nuremberg.*, ibique pag. 318, nostrum describit. An autem Rumelius per se, aut per Sensenschmid aliosve Typographos, fuerit hujus impressor, vide Schwartz in *primariis documentis*, et Roederum. Vide etiam epistolam quam Andræas Rumelius præfixit codici Justiniani, *impr. Nuremberg apud Frisner et Sensenschmid anno* 1475.

Caret autem signat., num. et custodibus; neque in columnas dividuntur paginæ: Maittaire et Denis hunc omiserunt et ignorarunt.

11 Sancti hieronimi epistolæ. *Moguntiæ, Petrus Schoyfher* 1470, *die septimâ Septembris.* In-fol. Tomi duo. m. r.

Editionis hujus rarissimæ amplam exhibet descriptionem Debure, N°. 315.
Exemplar elegans et completum.

12 Flavii Josephi antiquitatum libri xx et de bello Judaico libri vii, e Græco in Latinum facti per Ruffinum et Epiphanium. *Augustæ, Johannes Scheusler* 1470. In-fol. m. v.

Editio princeps; exemplar completum et

elegans, cum litteris auro depictis. Accuratè describitur a Debure, N°. 4698.

Paginæ in columnas dividuntur. Caret signat., num. et custod.

Maittaire, *Tomo primo anni* 1719, *pag.* 113, *Romanam editionem anni* 1475 appellat *principem.* Hanc ignoravit Fabricius, *bibliothecâ Græcâ lib.* IV, *cap.* VI, *pag.* 222. Gesnerus *editionem Venetam anni* 1499 *primam* affirmat.

Catalogus Cardinalis Dubois *parte primâ*, *pag.* 8, *omnium primam* dicit *editionem Veronensem anni* 1480. *Biblioth. exquisitiss.* Moëtjens, *anni* 1732, *pag.* 14, N°. 274, refert unam *absque anni notâ sub anno* tamen 1469. Et in catalogo Hoym, N°. 2420, extabat una sub hoc titulo *omnium* vetustissima *absque anni nota*, eadem forsan quæ in catalogo Rothelin, N°. 3222, procedens ex *biblioth. Colbertinâ.*

Sola hæc observatio de Josephi editione primâ sufficienter demonstrat quot et quantis tenebris involvebatur et etiam adhuc involvitur librorum scientia.

13 Lactantii firmiani opera. In-fol.

In fine legitur :

Aspicis illustris lector quicumque libellos

. . . .

Conradus

Conradus, Suuneyheym, Arnoldus, Pānartʒ ʒ magistri
Rome impresserunt talia multa simul:
Petrus, cū fratre francisco maximus ambo,
Huic operi aptatam contribuere domum.
M. CCCC LXX.

Operi præest epistola Joannis Andreæ ad Paulum II, Venetum Pontificem Maximum, data *Romæ anno* 1470, quæ cum indice et cum erratis Antonii Raudensis constituit 12 folia. Litteræ principales auro et coloribus sunt depictæ. Non signaturis manuscriptis, sed numeris arabicis in inferiori margine utebantur illi Typographi pro dispositione codicum. Extabat apud la Vallière, N°. 416.

14 T. Livii historiæ Romanæ Decades. *Impr. Venetiis, Vindelinus de Spirâ*, 1470. In-fol.

Præmittitur epistola Andrææ Aleriensis ad Paulum II. Hanc sequitur epitome decadum in cujus fine extat sicut in editionibus Campani et Andrææ Aleriensis registrum verbi primi cujuslibet libri decadum, ita ut eadem observetur

in hoc singularitas. Vide suprà, pag. 45. In fine decadis quartæ legitur annus sic:

M. CCCC LXX.

Et subsequuntur 46 versus, qui nomen Typographi Vindelini de Spirâ exhibent. Caret signat., num. et custod. Litteræ majores depictæ sunt. Vide Debure N°. 4801, ubi versus quibus terminatur, ejusque descriptio referuntur.

Editio hæc est apographon illius Joannis Andrææ ejusdem anni.

15 Sonetti e triumphi di Petrarcha. *Venetiis*, *Vindelinus de Spirâ*, 1470. In-4°. Magno.

Incipit volumen cum septem foliis quæ exhibent indicem alphabeticum sonettorum et capitulorum totius voluminis. Cum folio octavo sic incipit:

Voi chascoltate in ri
me sparse ilsuono.

Ita ut character primæ lineæ sit capitalis, et hæc pagina prima constet 29 lineis, sed 28 tantùm versibus; pars hæc sonettorum habet 136 folia, ita ut folio verso terminetur cum 17 lineis. Folio sequenti incipit Triumphus amoris sic:

NEl tempo che rinova
i miei sospiri.

Lineæ primæ character est etiam capitalis et hæc pagina est 25 linearum. Pars autem triumphorum occupat 36 folia, quorum ultimum terminatur cum recto sic :

Finis. M. CCCC. LXX.

Quẽ fuerãt multis quõdam confusa tenebris
Petrarcẽ Laurẽ metra sacrata suẽ,
Christophori et fervens pariter Cyllenia cura
Transcripsit nitido lucidiora die.
Vtq3 superveniens nequeat corrumpere tẽpus
En Vindelinus Enea plura dedit.

Caret signaturis, num. et custod. Rubro colore interlineantur omnes versus, ita ut verè splendidum, et in suâ primâ ligaturâ, appellari hoc mereatur exemplar cum amplissimis marginibus.

Immensam hujus editionis originalis ac primæ raritatem probat Debure, N°. 3341; descriptio nostra perfectè est conformis cum eâ la Vallière, N°. 3579.

16 M. F. Quintiliani opera, ex editione

Campani. *Romæ propè Sanctum Marcum, anno salutis* 1470, *die verò tertiâ Mensis Augusti.* In-fol. vélin.

Editio princeps, vide Debure, N°. 2446; exemplar completum et elegans libri rarissimi.

17 Joan. de Turrecremata expositio brevis super toto psalterio. In-4°. m. r.

In fine legitur: *Reverendissimi Cardinalis Sancti Sixti expositio brevis et utilis super toto psalterio. Rome impressa die quartâ Mensis Octobris, per honorabilem virum magistrum Udalricum Gallum de Biennâ, anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo. Laus deo.*

Hinc, aut duplicis generis sunt exemplaria, aut mentitur Audiffredy, quandò affirmat in fine extare solitos hujus Typographi versus: *Anser Tarpeii custos*, etc.

Textus Davidicus distinguitur a commento duabus lineolis in utrâque extremitate, ita ut miniator lineam etiam infrà, rubro cum atramento duxerit ab unâ ad alteram lineolam. Folio subscriptionis postponitur aliud registri non signaturarum sed quinternionum.

Infra subscriptionem manus coæva scripsit

(forsan primi possessoris.) *Magister Johñs Muller de Bastetten*, *anno* 1480. Quis negaret hunc fuisse Joannem Regiomontanum?

Capitales sunt ex eo charactere quem *lettres Cadaux* appellant.

EDITIO PRINCEPS.

Libri sub anno 1471.

1 Leonardi Aretini de Bello Italico adversùs Gothos libri IV. In-fol. m. r.

Legitur in fine:

Gallicus hunc librum impressit Nicolaus Jenson
Artifici grates optime lector habe.
M. CCCC. LXXI.

Exemplar elegans; absque signat., num. et custod. Vide Debure, N°. 5016.

2 Oratione di bessarione Cardinal Niceno e Patriarcha di Constantinopoli a Tutti gli Signori d'Italia confortando gli a pigliar la guerra contra il turcho vulgarizate per lo clarissimo huomo miser lodovico carbone allo illustrissimo e prestantissimo Duca Borso. In-4°.

Terminatur folio verso sic: *finis*. M. CCCC. LXXI. Nihil videri potest elegantiùs impressum; et cùm norint litterati Ludovicum Carbonem munere Correctoris functum fuisse apud Christophorum Valdarfer, sicut constat ex *Servio in Virgilium anni* 1471, verò simile est Bessa-

rionis opus prodiisse typis hujus artificis hoc anno ; quod etiam potest dici de *Plinii epistolis anni* 1471.

3 Caii Julii Cæsaris commentaria. In-folio. m. r. *Nicolaus Janson Gallicus Venetiis feliciter impressit* 1471.

Exemplar elegantissimum. Vide Debure, N°. 4880.

4 M. T. Ciceronis de finibus bonorum et malorum libri V. *Impr. Venetiis Joannes de Coloniâ* 1471. In-4°.

In fine legitur : *Venetiis M. CCCC. LXXI. Christophoro Mauro duce Joanne ex Colonia Agrippinensi sumptū ministrante impressum.* Vide la Vallière, N°. 2259.

Caret signat., num. et custod. Sed duo præeunt folia quæ exhibent epistolam Georgii Alexandrini ad Fuscarenum. Vide Debure, N°. 2439 ; sed adverte formam hujus non esse in-fol. sed in-4°. quia transversales sunt lineæ chartarii.

5 M. T. Ciceronis opera philosophica, scilicet : Questiones Tusculanæ.
De finibus bonorum.

De natura deorum.
De divinatione et fato.
De Petitione consulatus pars libelli.
De Philosophia.
De Essentia mundi, seu Timæus.
Questiones Academicæ.
De legibus libri tres.

Impr. Romæ per Sweynheim et Pannartz 1471, 20 Septemb. In-fol. m. v.

In fine legitur: *huc usqꝫ in exemplaribus reperi cetera interierunt. Si Deus voluerit ut compareant: apponentur huic loco suo tempore.*

Aspicis illustris lector quicumque libellos
Si cupis artificum nomina nosse: lege.
Aspera ridebis cognomina Teutona: forsan
Mitiget ars musis inscia verba virum.
Conradus Sweynheim: Arnoldus Pānartzqꝫ magistri
Rome impresserunt talia multa simul.
Petrus cum fratre Francisco Maximus ambo
Huic operi aptatam contribuere domum.
M: CCCC. LXXI.
DIE XX. SEPT.

6 M. T. Ciceronis opera philosophica, hoc est;

Officiorum libri 3.
De Amicitia liber.
De Senectute libri 3.
Somnium Scipionis.

Paradoxorum liber ex recensione Guilielmi Ficheti et Joannis de Lapide.

Accedunt tusculanarum questionum libri 5. (*Paris Ulric Gering* 1471.) In-fol. Tomi duo. m. v. papier lavé et reglé.

Præmittuntur volumini epistola Guilielmi Ficheti ad Joannem a Lapide, et altera hujus ad Fichetum; unà cum indice librorum, capitum, et versibus Joannis a Lapide; quæ occupant VII folia. Terminatur sic : *M. T. Ciceronis Paradoxa fœliciter finiunt.*

Volumen verò secundum incipit cum Tusculanis et folio verso terminatur sic : *M. T. Ciceronis Tusculanarum quæstionū liber quintus et ultimus finem habet fœlicem.* Folii verò altera pars sic habet :

Erhardus Ciceronianæ lectionis amatoribus S. P. D.

Quom tua vel mutis tribuāt eloquia vocem!
Quom tibi phœbeus carmina dictet honos!
Nonne reus musis et vatibus usque tenebor!
Si tacitus Cicero prætereare mihi!
Quod Flacco, Varroq3 fuit, summoq3 Maroni!
Mæcenas atavis regibus ortus eques,
Id mihi! si tenues non essent carmine vires!
Nunc fores eloquii dive pater Cicero;
Quem si cephaleis vulgaribus annotavi
His libris! veniam lector humane dabis.
Hos quoq3 quom legeris precium ne (quæso) relinquas
Artificum ingenuæ quod meruere manus.
Pro quibus optandi mihi sic nunc copia adesset!
Tam bene promeritis comoda mille precer.

Hos versus subsequitur index librorum et capitum, cum 15 versibus qui clauduntur his verbis:

Vale Lector Studiose.

Extabat apud la Vallière N°. 2280, pars prima hujus collectionis, quæ væniit pretio 450 librarum; et secunda pars, N°. 2265, sed imperfecta.

Exemplar elegantissimum rarissimæ et vix cognitæ editionis, quam ignoravit ipse Chevillier in *histoire de l'Imprimerie de Paris*. Caret signat., num. et custod.

Annus autem impressionis colligitur ex epistolâ Ficheti, Tomo primo præmissa, quæ data est *Nonis Maii*, *anni* 1471.

Litteræ principales auro et coloribus sunt depictæ.

7 M. T. Ciceronis orationes. *Venetiis Valdarfer* 1471. In-fol. m. v.

Præmittitur folium indicis in quo orationum series supponit folia numerata, licèt ita non sint; et in fine leguntur 14 versus sequentes et anni nota :

Germani ingenii quis non miretur acumen ?
Quod vult germanus protinus efficiet :
Aspice quam mira libros impresserit arte :
Quam subito veterum tot monumenta dedit
Nomine Christophorus : Valdafer gentis alumnus :
Ratisponensis gloria magna soli :
Nunc ingens Ciceronis opus : causasq; forenses
Quas inter patres dixit et in populo.
Cernis quam recto : quam emendato ordine struxit

Nulla figura oculis gratior esse potest:
Hoc autem illustri Venetum perfecit in urbe
Præstanti Mauro sub Duce Christophoro:
Accipite hunc librum quibus est facundia cordi
qui te Marce colet sponte disertus erit.
M. CCCCCXX. Lodo Carbo.

Sed manus ignara (quam ob rationem ignoro) genuinâ subscriptione deletâ falsam hanc adhibuit, sicut Bononiæ videre mihi contigit de *Durandi rationale divinorum officiorum anni* 1459, in cujus fine expuncta fuerat integra Petri Schoyfher et Joannis Fust subscriptio.

Caret signat., num. et custodibus, paginæ constant 40 lineis. In exemplari quod describit Debure N°. 2397 deerat folium indicis cum de eo taceat.

Editio princeps saltem cum anni notâ; vide enim suprà, pag. 36.

8 M. T. Ciceronis orationes. *Impress. Venetiis, Christophorus Valdarfer* 1471. In membranis. In-fol. vélin.

Iidem leguntur versus ac in fine numeri superioris sed cum hac suâ genuinâ anni notâ: *M. CCCC. LXXI. Lodo Carbo.*

Exemplar eximiæ conservationis et elegantiæ. Extabat in chartâ apud la Vallière, N°. 2298, ubi refertur nota manuscripta huic adhærens summæ utilitatis pro habendâ notitiâ pretii librorum illius ævi.

9 M. T. Ciceronis de naturâ Deorum libri III.

De divinatione, fato, et legibus.

De disciplina militari ad hortensium cum vitâ Ciceronis ex plutarcho. *Impress. Venetijs Vendelinus de Spirâ* 1471. In-fol. vélin.

Operi præmittuntur folia 5, quæ vitam Ciceronis ex Plutarcho exhibent, et 25 versus Severi Cornelii in quorum fine legitur. *A. D. M. CCCC. LXXI.*

In fine verò voluminis folio verso leguntur sex versus Raphaelis Jovenzonii qui Typographi nomen exhibent :

Raphael Jovenzonius Ister. p Aluisio donato Patrie. Ven. D. D.

Spyra tuum nomen toto celebrabitur orbe:
Que Vindellini diceris esse parens.
Ordine qui tanto Ciceronis opuscula magni

Imprimit: ut Fabrum palladis esse putes.
Tu quoque donate stirpis: Venetique senatus
Gloria Aluusi: tu quoque dicis idem.

Opus non est in-fol., sed in-4°. propter transversales in chartâ lineas. Malè apud Maittaire, *Tomo primo*, *pag.* 291, hæc editio refertur ad annum 1470, editio princeps: vide la Vallière, N°. 2269. Caret signat., num. et custodibus.

10 M. T. Ciceronis epistolæ familiares; *Venetiis Jenson* 1471. In-4°.

In fine legitur: *M. CCCC. LXXI.*

Opus præclarissimum M. T. Ciceronis epistolarum familiarium a Nicolao Jenson Gallico, Viventibus nec non et posteris impressum feliciter finit. Vide Debure, N°. 2412.

Caret signat., num. et custodibus; litteræ principales auro et coloribus depictæ sunt.

11 Clementis V constitutiones. In-fol. m. r.

In fine legitur:

Presens Clementis Quinti opus constitutionum clarissimum alma in urbe Maguntina inclite na-

tionis Germanice quam Dei clementia, tam alti ingenii lumine donoque gratuito ceteris terrarum naconibus preferre illustrareque dignata est. Artificiosa quadam adinventione imprimendi, seu characterizandi absque ulla calami exaratione sic effigiatum et ad Eusebiam Dei industrie est consummatum per Petrum Schoyfher de Gernsheim, anno Dominice incarnationis M. CCCC. LXXI. Tredecima die mensis Augusti.

Sequuntur insignia Schoyfheri.

Nequidem ipse Maittaire hanc retulit subscriptionem.

Quatuor sequuntur folia quæ referunt constitutionem: *exivi de paradiso.* Editio hæc est imitatio illius anni 1467; ita ut pagina paginæ, et linea lineæ correspondeant; sed discrepat, in toto voluminis decursu, ratione abbreviationum.

12. Clementis V. constitutiones. In-fol. m. r.

In fine legitur charactere rubro:

Hic Clementis Quinti constitutionum liber una cum apparatu famosissimi juris doct. dom. Jo. And. suis rubricationibus bellissime distinctus per venerabilem philosophie magistrum ac etiam inclite Argentinensis civitatis civem bene meritum dom.

Heinricum Eggesteyn hujus artis peritissimum ut innumera antehac divini humanique juris per ipsum testantur volumina. Summa cum maturitate ac diligentia impressus est anno Dñi M. CCCC. LXXI. XI. Kal. Decembris.

Editio vix cognita, et volumen secundum ab Eggesteyn cum anni notâ vulgatum. Subscriptionem quatuor folia subsequuntur, quæ referunt constitutionem: *exivi de paradiso.*

13 Petri de Crescentiis civis Bononiensis ruralium commodorum libri XII. In-fol. m. verd.

In fine legitur:

Petri de Crescentiis civis bonon. ruralium cōmodorum libri duodecim finiunt fæliciter ꝑ Johannē Schusler civem Augustensem impressi circiter XIIII Kalendas marcias anno vero a partu Virginis salutifero millesimo quadringentesimo et Septuagesimo primo, etc.

Editio princeps: præmisit auctor epistolam ad Aimericum de Plaçentiâ Generalem in Ordine prædicatorum.

14 Tractatus de Victoria Christi contra Antichristum

Antichristum Magistri Hugonis de Novo Castro. In-fol. m. r.

Legitur in fine :

Explicit tractatus de Victoria Christi contra Antichristum editus per reverendum Magistrum Hugonem de Novo Castro sacræ theologiæ ac Decretorum doctorem Parisiensem. Anno M. CCCC. LXXI.

Duo sequuntur folia ex eodem charactere quæ sic incipiunt : *Conjectura Reverendissimi in xto Patris ac domi domi Nicolai de Cusa Cardinalis tituli Sancti Petri ad vincula.... de ultimis diebus mundi.*

Et terminatur folio verso sic : *explicit conjectura domini Nicolai de Cuza Cardinalis de ultimis diebus.*

Pagina hæc ultima constat 33 lineis : character est ex eo genere quo Henricus Kefer *pantheologiam Nurembergæ* impressit, anno 1473, unà cum Sensenschmid.

Ex 38 foliis constat opus Hugonis ; absque signaturis.

Editio hæc opusculi Nicolai de Cusâ huc usque fuit ignota. Ratione hujus operis, inter testes veritatis annumeratus est a Mathiâ Francovitz, eò quod Lutheranis subministraverit ansam eruendi prædictiones consèntaneas persecutionibus

quas sub rege Ludovico XIV passi sunt in Galliis. Vid. librum cui titulus: *conjecture de Nicolas de Cusa Cardinal, touchant les derniers temps, traduite et imprimée à Amsterdam, in-12, en 1700.*

15 Sancti Cypriani epistolæ. In-fol. m. r.

In fine legitur: *loquitur lector ad Vindelinum Spirensem artificem qui epistolas beati Cipriani reddit in lucem* 1471.

Duo operi præeunt folia indicis; signaturis, custodibus ac numeris caret.

16 Sancti Cypriani epistolæ. *Venetiis, Vindelinus de Spirâ* 1471. In membranis. In-fol. vélin.

Exemplar elegantissimum ac completum, ex eâdem editione ac numeri superioris.

17 Æmilii Probi viri Clarissimi de vita excellentium. In-fol.

Legitur in fine: *per me Nicolaum Jenson Venetiis opus fæliciter impressum est anno a Christi incarnatione* 1471, *VIII Idus Martias.*

EDITIO PRINCEPS.

Non Æmilio Probo sed Cornelio Nepoti adscribendum opus ; vide Debure, N°. 6092.

EXEMPLAR ELEGANTISSIMUM.

18 Eutropius historiographus et post eum Paulus diaconus de historiis Italicæ provinciæ ac Romanorum. In-fol.

In fine legitur : *Eutropius historiographus Rome impressus anno dñi M. CCCC. LXXI. die lunæ XX mensis Maii Ponti: S. in xp̄o prĩs ac dñi nostri domĩ Pauli divina puidentia Pape Secundi anno ejus Septimo explicit.*

EDITIO PRINCEPS.

Extant in principio octo folia, et octavum terminatur registro quinternionum. Caret signat., num. et custod. Vide Debure, N°. 4840.

19 Gratiani decretum magnum. *Impr. Argentorati* 1471. In-fol. m. r. Tomi duo.

In fine legitur subscriptio sequens :

Presens Gratiani decretum una, cum apparatu Bartho. Brixiens.......... et correctum artificiosa adinvencione imprimendi absque ulla calami exaracione sic effigiatum et ad laudem omnipotentis

Dei est consummatm̄ per venerabilem virm̄ Henricum Eggesteyn artium liberalium magistrum civem inclite civitatis Argentin., *anno domini* M. CCCC. LXXI.

Volumini præmittitur pictura elegans. Titulus rubro colore imprimitur, et litteræ principales depictæ sunt.

Textus charactere majori, commentaria verò minori imprimuntur.

Primum est opus ab Eggesteyn cum anni notâ vulgatum, licèt longè plura ante annum hunc e prelis suis emiserit. In subscriptione *Clementinarum anni* 1471, legitur Eggesteyn hujus artis peritissimum fuisse: *sicut innumera ante hac divini humanique juris per ipsum testantur volumina.* Vix hujus habetur notitia, licèt de eo Chevillier et Debure, Schoefflin et Weslinger locuti fuerint: eorum enim nullus descriptionem suppeditavit. Stupendæ molis est volumen: paginæ enim quandòque 80 lineas exhibent. Schoefflinus de eo discurrens dicit fuisse ligneis characteribus impressum.............. *Pag.* 48 *Vindiciarum Typographicarum*, sic ait: *Henricus Eggesteyn et Jeorius Husner et Cephalus Wolfius libros litteris sculptis continuarunt imprimere, anno* 1474 *et* 1476. Quapropter in eum tædiosis disquisitionibus insurrexit Four-

nicr cui suffecisset allegasse *Durandi speculum judiciale*, in cujus fine legitur : *non calamo ut prisci quidem, nec penne tractu quo ipsi fruimur, verum ex sculptis ære litteris divino suggestu spiramine imprimendi arte transpictum. . . . . . . in celebri Argentinarum urbe, factoribus Jeorio Husner et Joanne Bechenhub Clerico Moguntino* 1473. Quæ subscriptio subministrat notitiam unius Typographi quem ignorarat Schoefflinus.

Hæc editio princeps discrepat ab alterâ ejusdem Typographi. Vide ad annum 1472.

20 Lactantii opera. In-fol. m. violet.

In fine leguntur 10 versus soliti :

Arguit hic hominum sectas, ... etc.
Post regina premit quippe colenda maris.
M, CCCC. *LXXI.*
ADAM.

Hujus editionis memorantur *miscellanea Lipsiensia*, *Tom. XII.*

Fuit igitur unus Adam ejus Typographus; an verò Adam Rot, an Adam de Ambergau, aut alter? affirmari nequit.

A vero nihilominùs aberravit Audiffredy, *pag.* 124, dicens Adamum *Lactantii hujus* impres-

sorem esse eumdem qui *Ciceronis orationes* anno 1472 edidit. Nulla enim est inter utriusque characterem paritas. Adeòque Adamus *Lactantii* impressor, longè discrepat ab Adamo *Ciceronem* imprimente, et etiam uterque discrepat ab Adamo Rot *Dominici de sancto Geminiano lecturam super secundâ parte decretalium* imprimente; id probante etiam dilucidè characterum disparitate.

Adam Rot fuit clericus Metensis diœcesis: Ambergavia verò est locus Bavariæ superioris. Quâ autem in urbe fuerit Typographus Ambergaviensis ignoratur, dùm videtur hanc editionem *Lactantii* Venetiis prodiisse. Vide suprà, *pag.* 124, N°. 70.

Præmittuntur textui *Lactantii* XI folia indicis et erratorum quæ in *Lactantio* notavit Antonius Raudensis, et contra quem acri censurâ insurrexit Antonius Montaltus Genuensis Augustinianus his versibus:

Hic male corripuit stolidis Antonius au. is:
Auctorem, etc.

Character est elegans: caret signaturis, num. et custod. Sed litteræ principales eleganter depictæ sunt. Editio hæc non habet Nephytomon.

21 Nicolai de Lyra Glossa in biblia. In-fol. Tom. V. vélin.

In fine primi leguntur soliti versus Conradi, Sweynheym et Arnoldi Pannartz :

Aspicis illustris lector, etc.. . . . .
Romæ impresserunt talia multa simul.

In domo Petri de Maximis anno salutis M. CCCC. LXXI. *die XVIII Novēbris.*

Huic præest epistola Joannis Andrææ ad Sixtum IV, in quâ se bibliothecarium ipsius appellat.

In fine secundi legitur : *in domo Petri de Maximis* M. CCCC. LXXII. *die XXVI Maii.*

In fine tertii : *in domo Petri de Maximis, anno salutis* M. CCCC. LXXII. *die* XIIII *Januarii.*

Ad calcem quarti nulla adjicitur subscriptio.

Quinto tandem præmittitur epistola et index librorum quos impresserunt illi Typographi usque ad annum 1472, et in fine :

Aspicis illustris lector, etc.

In domo Petri de Maximis M. CCCC. LXXII. *die XIII Marcii.*

De hac pretiosâ collectione, vide Audiffredy, Braun etc., ubi fusior habetur descriptio.

EXEMPLAR ELEGANTISSIMUM.

22 Pomponii Melæ Cosmographia, seu de situ orbis. In-4°.

Mediolani septimo Kalendas Octobres. Millesimo quadringentessimo septuagessimo primo.

Editio princeps. Vide Debure, N°. 4200.

23 Mercurii Trismegisti liber de potestate et sapientia Dei e Græco in Latinum traductus a Marsilio Ficino. In-4°.

In fine legitur : *finitum* M. CCCC. LXXI. *die XVIII Decembris.*

EDITIO PRINCEPS.

24 Joannes Mesue de medicinis particularium ægritudinum. *Liber finit feliciter.* M. CCCC. LXXI, *V. Idus Junii....*

Et sequitur :

Additio Petri de Appono in librum Mesue ; *ex 29 foliis.* In-fol.

Hanc editionem Mediolanensem Zaroti sus-

picor, anni 1471. Vide catalogum la Vallière, N°. 1719. Quantùm autem ad editionem Mesue, Venetiis impressam hoc eodem anno a sacerdote Clemente Patavino, XV Kal. Junii, quæ refertur catal. Smithiani pag. 94 et 310, quia in hac nota anni, loci ac Typographi non aliundè probatur quàm ex epistolâ Nicolai Gupalatini ipsi præfixâ quæ in hac nostrâ editione non apparet, posset fieri unam et eamdem esse editionem.

25 Antidotarium Nicolai. *Venetiis Nicol. Janson Galli* 1471. In-4°. m. r.

Extabat apud Pinelli, N°. 1864. Desiderantur folia tria tractatus *quid pró quó.*

26. Phalaridis epistolæ ex Versione Francisci Aretini. *Tarvisii Gerard de Flandriâ*, 1471. In-4°.

EDITIO PRINCEPS. Vid. Debure N°. 4111.

Gerardus de Lisa, qui et de Flandriâ hic appellatur, impressit Venetiis anno 1477 *il meschino*; in civitate Austriæ, alio nomine *civita del Friuli*, anno 1480; et de novo Tarvisii anno 1492.

27 Franc. Philelphi apophtegmata. *Impress. Venetiis Vindelinus de Spirâ*, 1471. In-4°.

Vide Debure, N°. 4010.

28 Plinii Secundi epistolarum libri VIII. *Impr. anno* 1471. (*Venetiis.*) In-4°.

Vide Debure, N°. 4115; exemplar elegantissimum in chartâ maximâ.

EDITIO PRINCEPS.

29 Postilla Scholastica super Apocalypsim et super cantica Canticorum. In-4°. m. r.

Constat 15 foliis; absque signat., num. et cust. In fine legitur: *explicit Postilla scholastica super Apocalypsim et super cantica canticor. impssa Spire, anno LXXI.*

Vide suprà, pag. 88, N°. 22.

30 F. Quintiliani institution. orator. lib. XII. *Venetiis Janson* 1471. *Mense Maii die* 21. In-fol. m. r.

Exemplar elegantissimum. Vide Debure, N°. 2448; extat in pergamenâ apud Canonicos Patavinos.

31 Speculum vitae humanae. In-fol. m. r.

In fine legitur:

Finit liber dictus speculū vite humane. q2 in eo cesarea potestas. et regalis dignitas bubulcorum etiaꝫ genus sibi speculāt saluberrima siſ spiritualisqꝫ vite veros secū advehens. Papam scꝫ cardinales. arciēpos. clericos. et ceteros ēccie ministros: rectā et his speculādi p̄scribendo normā a Ginthero Zainer ex Reutlingen civi progenito. urbe aut cōmanenti Augustensi: arte impressoria in medium feliciter deditus: Anno a partu Virginis salutifero Millesimo quadringentesimo septuagesimo primo: ydus vero Januarias tercio.

Sequitur repertorium ex tribus foliis. Caret signat., num. et custod. Littera principalis eleganter depicta est.

In eodem volumine compingitur sequens:

Soliloquium beatissimi Augustini Episcopi Yponensis de arra anime.

Et in fine legitur:

Raptus est finis hujus tractatus Augustini de arra anime feria tercia post festum Santi Dyonisii, anno dom. LXXIII.

Constat 7 tantùm foliis ; ex eodem charactere gothico majori hujus Typographi. *De speculo*, vide la Vallière, N°. 1311 et Braun, pag. 139, *de arra animæ.*

32 Liber Servitoris (Serapionis) Bulchosi Benaberazerin trãslatus a. Simone Januensi, ĩterprete Abraã Judeo Tortuosiẽsi. In-4°. m. r.

In fine legitur : *finit liber Servitoris de prepatõz mediãz. sĩplicĩũ ĩpressus Venetiis p Nicolaũ Iẽsõ Gallicũ.* M. CCCC. LXXII.

Character idem quo usus est Janson pro libro cui titulus *Decor Puellarum.* Vide Pinelli, N°. 1864.

33 Silii Ytalici Punicorum libri. *Impress. apud Sweynheym et Pannartz* 1471 ; *die quintâ mensis aprilis.* In-fol. maximo.

Exemplar elegans : sed deficit in eo primum folium. Vide Debure, N°. 2792.

34 Caij Suetonii Tranquilli vitæ XII Cæsarum. *Venetiis Nicolaus Janson* 1471. In-4°. m. r.

Elegans exemplar. Vide Debure; N°. 4920. Malè editionem definivit in-fol.; est enim in-4°. majori.

35 Sancti Thomæ quodlibeta. In-fol. m. r.

In fine legitur:

Quodlibetorum liber a Sancto Thoma de Aquino ordinis Fratrum Prædicatorum positus est. Impressus Colonie per Arnoldum Therhoernen anno dñi 1471, (*sic* 18ΛI) *pro cujus consummationis Sanctus Sanctorum laudat in secula benedictus amen.*

Et sequuntur insignia Typographi post indicem folio verso, et in parte inferiori paginæ, observatur una registri species, sicut etiam observatur in Joannis Guallensis collationibus patrum cum his verbis: *verbum caro factum est.*

Forsan instrumento compactoris levata sunt in unoquoque folio signa illa quæ signaturarum vices gerebant. Tituli in summitate paginarum imprimuntur.

Caret signat., numer. et custod. Vide la Vallière, N°. 538.

36 Joannis Tortellii Aretini commen-

taria Grammat. de ortographia dictionum libri. In-fol. Maximo.

In fine legitur : *insculptum est Romæ in domo de Tallacoxis sub jussu Ulrici Galli Teutonici et Simonis Nicolai Lucensis anno do.* M. CCCC. LXXI. *Pon. Sixti IIII , genuesis anno pmo.*

Subscriptionem sequitur folium quinternionum, et præmittitur operi prohemium fratris Adæ de Montalto ad Philippum Archiepiscopum Arelatensem : et ipsius Tortellii Aretini prohemium.

Editio elegantissima, cujus paginæ in columnas dividuntur.

Caret signat., num. et custod. Vide quæ post Maittaire dicit Debure, N°. 2272.

37 Jo. Tortellii comment. Grammat. de Orthographia dictionum libri. In-fol. Maximo. m. verd.

Legitur in fine : *finit* 1471 , *per Nicolaum Janson Venetiis feliciter impressum. Deo gratias.* Opus incipit immediatè prohemio Tortellii. Paginæ in columnas non dividuntur.

Character est elegans ; absque signat., num. et custodibus. Quænam autem sit princeps, an hæc, an Romana? difficile foret definire ; licèt pro Romanâ probare videatur *epistola Adæ de Mon-*

talto. Tortellii prohemium imprimi curavit Pasquali in *catalogo Smithiano.* Vide Debure, N°. 2272.

38 Valerii Maximi Romanæ urbis juris peritissimi in librum factorum et dictorum memorabilium ad Tiberium Cesarem. *In nobili urbe Moguntinâ anno* 1471, 18 *Kalend. Juliis per Petrum Schoyfher.* In-fol. m. r.

Vide Debure, N°. 6127.

39 Laurentii Vallæ elegantiæ latinæ ad Joh. Tortellium liber et de ego, mei, tui et sui. In-4°. Maximo.

Legitur in fine: *Laurentii Vallensis de linguæ latinæ elegantia: et de ego mei tui et sui ad Joannem Tortellium Aretinum per me M. Nicolaum Janson Venetiis opus feliciter impressum est.* M. CCCC. LXXI.

Præmittitur index 8 foliorum et sequitur epistola Laurentii Vallæ ad Tortellium quæ occupat duo folia.

Caret signat., num. et custodibus. Paginæ non dividuntur in columnas; exemplar est elegantissimum. Vide la Vallière, N. 2192. Licèt 13 pollicibus altum sit præsens volumen,

est tamen formæ in-4°., lineæ enim chartularii transversæ sunt.

40 Virgilii Maronis opera cum commentariis Servii Honorati. *Florentiæ Bernard. Cennini.* In-fol.

Legitur in fine Bucolicorum : *Bernard. Cennini VII Idus Novembris* 1471.

In fine Georgicorum : *V Idus Januarii* 1471. Et in fine Æneidis : *absolutum Nonis Octobribus* 1472.

Prima subscriptio a Debure, N°. 2672, relata tanquàm existens in fine præfationis, reperitur in fine Bucolicorum et Georgicorum ; et altera ab eodem relata extat in fine Æneidis.

Character rotundus est ac elegans, absque signat., num. et custodibus. Paginæ non dividuntur in columnas : in hoc exemplari nihil deest, sed humiditate ultima folia madefacta sunt ; de hoc et ejus Typographo vide Dominico Manni *de primis libris promulgatis in firenze*, et Maittaire.

Libri

Libri sub anno 1472.

1 Conciliator differentiarum philosophorum et præcipuè medicorum, clarissimi viri Petri de Abbano Patavini. In-fol.

In fine legitur : *Ludovicus Carmelita primus hoc opus ære imprimi jussit Mantuæ per Thomam Septemcastrensem de civitate Hermanni et Joh. Bursther de Campidonia socios anno verbi incarnati.* M. CCCC. LXXII.

Et in eodem volumine sequitur :

Ejusdem Petri Abbano tractatus de venenis.

In cujus fine legitur :

Deo gratias. Mantuæ hoc philosophorum decus illustrissimo principe et domino : domino Ludovicho de Gonzaga Marchione ibidem feliciter regnante impressum annis verbi incarnati M. CCCC. LXXII.

Hoc opusculum septem constat foliis. Primum accuratè descripsit *Bibliograph. instruct.* N°. 1088. Sed hoc ultimum ignoravit. Litteræ principales depictæ sunt. Exemplar elegantissimum

ratione conservationis et chartæ amplitudinis. Audivi a domino Heydegger Senatore Tigurino, extare apud ipsum aliud exemplar in cujus paginâ primâ exhibetur pro principali litterâ figura æri incisa. Suppositâ facti hujus veritate non anno 1477, sed jam ab anno 1472, sociata fuisset Typographiæ calchographia.

2 Alcinoi disciplinarum Platonis epitoma, id est breviarium episcopi Tropiensis ad Nicol. Cusensem Cardinalem conversio. In-fol.

In fine legitur: *epitoma Alcinoi in disciplinarū Platonis desinit anno salutis* M. CCCC. LXXII, *die vero XXIIII Mensis Novēbris.* Editio princeps. Constat 23 foliis, nec in columnas dividuntur. Character pertinet ad eum quo usus est Coburger, in *Bibliis anni* 1475; aut Cephalus Wolphius pro *Berchorio anni* 1474.

Vix innotuit hæc editio Maittaire, Debure et aliis; vide hunc, N°. 1267. Vide etiam suprà pag. 142, N^is^. 104 et 105; et pag. 108, N°. 47.

3 Sancti Ambrosii opus quod Hexameron vocitatur. In-fol. m. r.

In fine legitur : *jucunde explicit. per Johannem Schusler imperialis urbis Aug. civem q̄m diligenter impressum , anno salutifere incarnationis hiesu salvatoris millesimo quadringentesimo septuag. secundo. Circiter ydus maijas XI.*

Nec occurunt numeri, nec signaturæ nec custodes. Rarissima esse opera e prælis Schuslerianis constat eò quod ab anno 1470, nec ultra annum 1472 artem hanc exercuerit, et præla quinque ejusque officinam vendiderit Abbati Monasterii Sancti Udalrici in Augustâ. Vide *diatribam Zapfii de origine artis Typographicæ in suis annalibus Typographiæ Augustanæ, impr. Augustæ.* In-4°.

4 Antonii confessionale in vulgari sermone : *omnis mortalium cura.* In-4°.

In fine folii secundi indicis legitur : *finis sub anno Domini* M. CCCC. LXXII, *die XV Mensis Aprilis* : AL. et folio verso terminatur sic : *Deo gratias. Amen.*

Folio sequenti sequitur sermo unus in vulgari linguâ cum hoc titulo et ex eodem charactere quadrato : *sermone : she : fece : un : fra : Jordano : in pisa del : corpo : de : Christo. uno giovedi sancto.*

Constat 10 foliis; et confessionale habet 79: absque signat., custod. ac num., licèt in indice folia numerata supponantur.

Veneta videtur editio.

5 Appianus Alexandrinus de bellis civilibus Romanorum libri VII, edente P. Candido. In-fol. vélin.

Legitur in fine:

Hunc impressit Vindelinus quem Spira nobilis parens Dædalei produxit ingeni faceti lepidique. Carmen est Raphaelis Zovenzonii Istri poetæ M. CCCC. LXXII.

Præmittitur folium exhibens titulos librorum VII et epistolam Petri Candidi. Caret signat., num. et custod.; sed litteræ principales eleganter depictæ sunt. Vide Debure, N°. 4857.

6 Henrici Ariminensis tractatus de quatuor virtutibus Cardinalibus ad cives Venetos. In-fol. m. r.

Præest prologus et index 10 foliorum in cujus fine legitur: *completa est hæc tabula remissoria per me Thomam Dorniberg antedictum de anno domini millesimo quadring. septuag. secundo ipsa die sancti Martini Pape.*

In fine verò operis folio recto : *arte impressoria Spire artificiose effigiatus feliciter explicit.*

Desiderantur custodes, numeri, signaturæ. In catalogi la Vallière N°. 1280, Petro Drach tribuitur ; sed clariùs redactori hujus innotuisset si imperfectum non fuisset illud exemplar in quo 10 priora folia deerant.

Schelhornius hunc in notis ad *Cardinalem Quirini*, *editione Lindaugiæ* 1761, *pag.* 28, accuratè descripsit et subscriptionem incidi curavit. Vide etiam David Clément, Tomo secundo, pag. 60. Et accuratè describitur a Placido Braun, in *notitiâ historicâ de libris ab artis Typographicæ inventione*, qui extant Augustæ in Bibliot. *Monasterii SS. Udalrici et Affræ. Impress. Augustæ* 1788. *In*-4°. *pag.* 151.

Ex charactere autem conjicere licet cum David Clément et Schelhornio, prodiisse librum hunc tempore quo Dorniberg Memmingensis, sed advocati munus gereret in Spirâ qui indicem hunc composuit; aliundè constabit ex hoc catalogo ab anno 1471, extitisse apud Spirenses Typographiam : sed hoc anno reipsà fuisse Spiræ impressum affirmare non auderem cum Marchand, *histoire de l'imprimerie*, pag. 60 ; sicut allucinatus est abbas S. Leger *supplément à Marchand*, pag. 53. Sed non parùm elucidabitur hoc

de Spirensi Typographiâ punctum N°. 555 catalogi la Vallière et sub annis 1471 et 1472, N°. 43, præsentis nostri indicis. Primus autem apud Spirenses, Typographus huc usque cognitus, fuit petrus Drach, qui anno 1477, *fasciculum temporum* edidit : sed nulla omninò est conformitas in charactere nec cum *postillis anni* 1471, nec cum *Henrico Ariminensi*, aut cum *contemplationibus Joannis de Turrecremata anni* 1472.

7 Henrici Ariminensis opus de IV virtutibus Cardinalibus cum tabula Thomæ Dorniberg facta anno 1472. In-fol. m. r.

In fine legitur : *Arte impressoria Argentine artificiose effigiatus feliciter explicit.* Pagina prima habet 34 lineas, numerato titulo colore rubro impresso ; ultima verò numeratâ subscriptione habet 20, et initio extat littera principalis ligno incisa. Caret signat., num. et custod. Subscriptio in fine indicis eadem est ac in editione Spirensi superiori, et cum eâdem anni notâ.

Braun a pag. 80 ad 85 recenset multa volumina ex quorum comparatione concludit impressa fuisse ex eodem omninò charactere quo præsens, et hæc e prælo Valdarfer Mediolani emersisse affirmat ; sed principium ejus erroris

detegitur, ubi de *confessionale Bartholomæi de Chaimis*, quod præ se fert, Valdarferi Typographi nomen. Vid. suprà hunc auctorem pag. 115, N°. 53. Hunc recensuit Denis, *suppl. Maittaire*, N°. 4226, sed cum hac diversitate, quod in tabulâ remissoriâ Thomæ Dorniberg omiserit decades sic: *anno dom. milles. quadring. secundo*; dùm in nostro integræ leguntur: *milles. quadring. septuag. secundo, ipsa die Sancti Martini Papæ.*

Vide David Clément Tomo secundo, pag. 60.

8 S. Augustini opuscula de anima et spiritu (*ex 9 foliis.*) De ebrietate, (*ex 8 foliis.*) Ad virgines de sobrietate et ebrietate. De quatuor virtutibus charitatis (*ex 19 foliis.*) de contricione cordis (*ex 10 foliis.*) In-4°.

In fine legitur: *finitus est liber seu tractatus beati Augustini Episcopi Yponensis de cōtricōne cordis. cū ceteris tractatulis ejusdem. Anno ab incarnacōe dn̄ica millesimo quadringentesimo septuagesimo sc̄do. qn̄to Idus Novēbris.*

Ex charactere quadrato; absque signat., et sub unicâ columnâ ita ut integræ habeant 24 lineas. Editio penitùs huc usque ignota et a nullis recensita, quæ tamen in Germaniâ pro-

diisse videtur; ex charactere quo utebatur Ginther Zainer Augustæ, pro *Isidori ethymologiis*, anno 1472.

9 Biblia sacra Latina, *Moguntiæ* 1472. In-fol. Tomi duo. m. r.

In hujus fine legitur rubro charactere : *p̄ns hoc opus p̄clarissimū. alma in urbe Magūtina. inclite nationis Germanice quā dei clemētia. tam alti ingenii lumine donoquȝ gratuito. ceteris terrar nacōnibus p̄ferre illustrareqȝ dignata ē. Artificiosa quadam adinvencōe imprimendi seu caracterizandi absquȝ ulla calami exaracōne sic effigiatū. et ad eusebiam dei industrie ē ɔsumatū p Petrū Schoyfher de Gernshȝ. Anno dñice incarnacōis millesimo q̄dringētesimo septuagesimo secūdo, In Vigilia Mathie āpli.*

Et sequuntur insignia Typographica.

Tomi primi titulus rubro colore imprimitur; prima columna constat 48 lineis, et cum septimâ lineâ columnæ primæ folii quarti incipit Genesis : cum quartâ columnâ folii ultimi psalterii, et quadragesima secunda linea terminatur, quam consequuntur insignia Fausti et Schoyfferi, ultima autem linea sic habet : *laudet Dñm alleluia explicit psalteriuȝ*. Observandum in hoc exemplari et post librum secundum Esdræ minia-

torem scripsisse: *explicit liber Esdræ. Incipit confessio Esdræ*, sed cùm immediatè incipiat liber tertius Esdræ, confessio hæc habetur manuscripta in inferiori margine, et incipit sic : *domine qui habitas in æternum*. De hoc vide *Fabricii codicem pseudepigr. vet. testam.*

Tomus secundus incipit a proverbiis; et columna prima, sicut cæteræ, constant numerato titulo 48 lineis, et terminatur cum Apocalypsis columnâ secundâ et subscriptione, id est cum 32 lineis.

Character idem est ac *editionis anni* 1462; nec raritate ipsi inferior est. Caret signat., num. et custod. Tituli imprimuntur rubro colore. Exemplar miræ conservationis et elegantiæ. Editio hæc adæquatè refert *editionem anni* 1462, ita ut typi iidem sint, et folium folio, pagina paginæ, versus versui et littera litteræ respondeant. Vide Schwartz *primaria documenta pag.* 31. Si institueretur comparatio horum bibliorum anni 1472 cum illis 1462, forsàn deprehenderetur causa variationum quæ occurrunt in exemplaribus anni 1462. Sed vide Seemiller in suâ *exercitatione de duplici editione Moguntinâ bibliorum Latinorum anni* 1462, *impressâ Ingolstadii* 1785, in-4°.

10 Johannis Bochacii viri eloquentissimi

ad Flamettam pamphili amatricem libellus, materno sermone editus. In-4°.

In fine folio recto legitur : M. CCCC. LXXII, *die XXI Marcii. Finis fuit fiamete Bar. Val. Patavus F. F. Martinus de septē arboribus Prutenus*, et folio verso :

Cecus et alatus. nudus : puer et pharetratus.
Istis quinque modis depingitur deus amoris.

Editio princeps, elegans et rarissima. Vide *bibliograph. instr.*, N°. 3748. Extabat apud Pinelli N°. 3251

11 Genealogiæ deorum Gentilium Joan. Boccatii de Certaldo. In-fol.

In fine legitur : *epigramma Zovenzonii*, et subscriptio sic :

Hæc Vindelinus signis qui impressit ahenis.
Se tibi commendat familiamque suam.

Venetiis impressum anno salutis M. CCCC. LXXII. *Nicolao Throno duce fœlicissimo impe.*
Et sequitur Boccacii aliud opus cui titulus sic :

De montibus : silvis : fontibus : lacubus :

fluminibus: stagnis seu paludibus: de nominibus maris liber.

In cujus fine legitur: *opus diligentissime ĩpressum finit Venetiis Idus Jan.* CCCC. LXXIII, (omisso millenario numero.)

Editio princeps, absque signat., num. et custodibus.

12 Roberti de Litio opus quadragesimale quod de penitentiâ dictum est. In-fol.

In fine legitur:

Rubertus celeber finxit non parva minorum
Gloria me fratrum Paulo regnante secũdo.
Quarto sed Sixto ueniẽs Halbrũna alemãnus
Franciscus formis ueneta me pressit in urbe
Mille quadringentis et septuaginta duobus.

Carmina hæc completè referuntur catalogo Crevenna, N°. 688, et apud Braun, pag. 146. Tres ergo anno 1472 prodiere Venetiis editiones horum sermonum apud Vindelinum de Spirâ et Bartholomæum Cremonensem; et Romæ etiam apud Sweynheym. Editio hæc autem est elegans: absque signat., num. et custod.

13 Roberti de Litio quadragesimale. In-fol.

In fine legitur :

Vindelinus ego gentis ↄgnomine Spiere
Roberti hæc castè purgata volumina pressi
Sedis apostolicæ Romano præside Sixto
Magnanimo et Venetum Nicolao pñcipe Truno;
M. CCCC. LXXII, XX *quintilis.*

Character gothicus est et signaturæ manuscriptæ sunt. Vide la Vallière, N°. 695.

14 Roberti de Litio (Caraccioli) opus quadragesimale. In-fol. m. r.

In fine leguntur :

Apicis illustris lector quicunq3 libellos,
Si cupis artificum nomina nosse : lege

. . . .

Cōradus Sweynheym : Arnoldus Pānartzq3 magistri
Rome impresserunt talia multa simul.
M. CCCC. *LXXII. die XVII Novembris.*

Duo præmittuntur folia indicis, caret signat.,

num. et custodibus. Vide la Vallière, N°. 696.

15 Tripartite historie ex Socrate Sozomeno et Theodorico in unum collecte et nuper de Græco in Latinũ translate libri numero duodecim. In-fol. m. v.

In fine legitur :

Non quidem cirographati sed ipã que a sũmo demissa est arte per Johannẽ Schusler regie urbis augustensis civem qm̃ diligẽter impressi. Anno salutifere incarnationis christi hiesu millesimo quadringẽtesimo septuagesimo secundo, circiter nonas februarias. Laus almi potenti. Amen.

Editio princeps. Incipit immediatè a titulo relato et cum præfatione Aurelii Cassiodori qui auctores prædictos ex Græco in Latinum reddidit. Caret signaturis, num. et custodibus, imò et litteris principalibus quas miniator manu suâ supplevit. Paginæ in columnas non dividuntur. Exemplar elegans cujus insignem raritatem probat Dubure, N°. 4394.

16 M. T. Ciceronis orationes. *Impr. per Adam de Ambergau.* 1472. In-fol. m. v.

In fine leguntur sequentes versus :

Hoc ingens Ciceronis opus causasque forenses,
Quas inter patres dixit et in populo
Tu quicumque leges Ambergau natus ahenis
Impressit formis ecce magister Adam.
M. CCCC. LXXII.

Caret signaturis, numeris et custodibus. Vide suprà pag. 124, Nis. 69 et 70, ubi ductum est Lactantii characterem esse ejusdem formæ ac *elegantiarum Augustini Dati*; et pag. 345 No. 20, characteres hujus editionis Ciceronianæ toto cœlo differre ab illis Lactantii : ex quo valet inferri priora volumina non pertinere ad Adamum Ambergauviensem.

17 Consuetudines feudorum cum commentariis. In-fol. m. r.

In fine legitur : *hic feudorum usus liber, una cum apparatu. Suis rubricationibus peroptime distinctus per venerabilem philosophie magistrum ac inclite argentinensis civitatis civem benemeritum dnm Heinricum Eggesteyn artis impressorie peritissimum summa cum diligentia ac maturitate impressus anno* M. CCCC. LXXII, XVII *Kal. Octobris.*

Constat 38 foliis. Editio vix cognita et de quâ silent Bibliographi. Vide tamen Schoefflinum *vindiciarum Typograph. cap.* IV , *pag.* 46.

. 18 La bella mano di giusto de conti... *per me Scipionem Malpiglium Bononiensem.* M. CCCC. LXXII. In-4°.

Constat ex 70 foliis. Vide Pinelli tom. IV, N°. 2229 , et Crevenna , tom. IV , pag. 58. Operi præsunt 14 versus Joh. Baptistæ de Reffrigeriis de Bononiâ in laudem domini justi. An autem Bononiæ, aut ubi Scipio Malpiglius impresserit, affirmare non valeo. Character est elegans et quadratus. Absque signat. , numeris et custod. Liber rarissimus et originalis. In Crevennæ exemplari deficiebat folium primum , undè ejus descriptio non est accurata. Mazuchelli et Apostolo Zeno , *giornale de letterati tom.* 34 , *pag.* 63. Contendunt eam factam Bononiæ : sed Pietro Valvasense in *memorie per servire a la storia letteraria tom. XI* , *pag.* 59 *et sequent.* Contendit eam factam Veronæ *da ʒuane alvise e Alberto fratelli* 1472.

. 19 De fide et vita Christi Antonii Cornazani Placentini vatis. In-4°.

In fine sola habetur hæc subscriptio : *finis* M. CCCC. LXXII. Character Romanus est ac elegans, cum litteris principalibus miniatis. In tres libros opus dividitur, et præmittitur index capitulorum ex sex foliis. Editio princeps; ex 69 foliis. Vide *Bibliog. instr.* N°. 2877, ubi dicitur opus esse scriptum partim Latinè, partim Italicè; quod non debet intelligi de opere principali : italicè enim scribitur; sed tantùm de tribus foliis in fine voluminis quæ referunt Cornazani carmina in laudem Venetæ civitatis, in quorum fine extat annus subscriptionis.

20 Diodori Siculi historiarum libri VI, in Latinum traducti a Poggio. In-fol. vélin.

In fine legitur : *Bononiæ impressum*, M. CCCC. LXXII, *finis*. Caret signat., num. et custod. Præmittitur folium indicis librorum et capitulorum.

EDITIO PRINCEPS.

21 Ælii Donati comment. in Terentii comedias quinque. In-fol.

In fine legitur :

Aspicis

Aspicis illustris lector, etc.

. . . .

Conradus Sweynheym; Arnoldus Pannartzq3 magistri.

Rome impresserunt talia multa simul.
M. CCCC. LXXII. *die X Decembris.*

Caret titulis, num., signat. et custodibus; et absque præfatione incipit cum textu Donati. Permulti textus græci suis locis imprimuntur, sed plurimæ relictæ sunt lacunæ in quibus desiderantur.

22 Joannes Scotus (Duns) super primum sententiarum. In-fol. m. r.

In fine legitur : *Joann. Scoti theologi subtilissimi sup. pmu sententiar. finit die quinta novēbris ꝑ nobilē virū Vindelinū Spirensem qui īgeniū dedalēū in īpssioib⁹ suis edocet.* M. CCCC. LXX2. *Nicolao Throno Venetiarum duce.*

Frater Rufinus ordinis cordiferorum in sacra theologia Bachelarius dignissimus magna cum diligentia peroptime emendavit.

Duo præmittuntur folia indicis distinctionum. Litteræ principales eleganter auro et coloribus de-

pictæ sunt. Editio originalis et huc usque ignota ; caret signat., num. et custodibus et character est gothicus.

23 Questiones Joannis Scoti super primo sententiarum ex editione Antonii Trombettæ, jussu verò et sumptibus Christophori Bellapiera Veneti. *Anno Jesu Christi.* M. CCCC. LXXII. XIII Kal. Decembris. In-fol. m. r.

Vide la Vallière, N°. 546.

24 Alberti de Eyb margareta poetica. In-fol. Tomi duo. m. v.

In fine legitur : *anno a nativitate Domini Millesimo quadringentes. septuagesimo secundo, die vero secunda Mensis Decembris finita est hæc summa Alberti de Eyb utriusque juris doctoris eximii, quæ margarita poetica dicitur per industriosum impressoriæ artis magistrum Johannem Sensenschmid civem Nurmbergensem.*

Editio originalis et admodùm rara. Paginæ non dividuntur in columnas. Caret signaturis, num. et custodibus ; præmittitur index materiarum ex 25 foliis. Idem est character ac Gerso-

nis *de nuptiis spiritualibus anni* 1470. Maittaire, pag. 321 ; Debure, N°. 4012, multique alii propter penuriam exemplarium editionem hanc adscripsere Coburgero Typographo.

EXEMPLAR ELEGANS.

25 Summa collationum ad omne genus hominum. In-fol. m. r.

In fine legitur. *Finitum est hoc opus anno domini* 1472, *die* 17 *mensis Julii.* Opus in septem partes dividitur, quarum tituli in summitate paginarum imprimuntur. In columnas distribuitur pagina, et in fine duo reperiuntur folia indicis.

Character est Arnoldi Therhoernen. Compactum erat cum *quodlibetis D. Thomæ* hujus artificis, anni 1471 et ex eodem charactere. Auctoris nomen hujus operis suppeditat Wading, *pag.* 211 *scriptorum sui ordinis*, Joannem scilicet Guallensem. In eo tractatur de republicâ historicâ et theologicâ.

Signaturæ, numeri ac custodes desiderantur. Vide catal. la Vallière N°. 542, Denis N°. 62, et Sinner *Bibliothecæ Bernensis Tomo primo*, *pag.* 123. Folio verso partis quintæ, distinctione primâ, una est species registri in infimâ

orâ folii quæ his terminatur verbis : *verbum caro factum est et habitavit in nobis.* Vide etiam suprâ *quodlibeta sancti Thomæ anni* 1471 ejusdem Typographi.

26 Decretum Gratiani, seu concordantia discordantium canonum cum apparatu Bartholomei Brixiensis. *Impr.* 1472. *Idibus Augusti per Petrum Schoyffher.* In-fol. Maximo. m. r.

Accuratè describitur ab auctore *Bibliographie instructive*, N°. 917.

27 Gratiani decretum cum apparatu domini Joh. Teutonia et additionibus Bartholomei Brixiensis. *Impr. per venerab. virum Heinricum Eggesteyn anno* 1472. In-fol. Maximo. m. r. Tomi duo.

Subscriptio integra habetur catalogi la Vallière N°. 1048. Exemplar hoc peculiare habet fuisse donum ipsius Typographi. Sic enim legitur in fine : *iste liber est domus montis beatissime marie virginis prope Argentina , in quo continetur decretum Gratiani cum apparatu*

Barthol. Brixiensis, *et donavit eum nobis venerabilis vir magister Heinricus Eggestein*, *civis Argentin*. Primo intuitu hæc editio eadem apparet ac ea anni 1471, solâ subscriptione mutatâ : sed perpetuæ variantes diversitatem utriusque demonstrant, quarum instar sint sequentes :

In primâ, folio quinto recto, columnâ primâ et lineâ primâ textûs sic : *unde Ysidorus in li V ethimo*. In secundâ verò legitur : *unde Ysidor⁹ in li V ethimolo.*

In primâ, folio 6°. lineâ primâ columnæ primæ textûs legitur : *plogo libri III de trinitate.* Et in secundâ editione : *in plogo libri III de trinitate.*

Folio ultimo, primæ editionis columnâ secundâ lineâ 31 legitur : *Cto 9 errorem grecor*; et in editione anni 1472, legitur : *errorem grecorū.*

Evidens est secundam ex exemplo primæ factam fuisse : pagina enim paginæ respondet ; sed constantes in abbreviationibus variationes probant esse novam editionem. Hìc observandum duxi characterem minorem quo usus est Eggesteyn pro Commentariis, maximam habere affinitatem cum eo quo Conradus Fyner Eslingæ utebatur, et etiam cum eo quo Ty-

pographus usus est pro *Ludolphi vita Christi imp. annò* 1474, quam fuisse impressam in Carthusiâ Argentinensi autumantur Bibliographi : ex quo sequeretur Eggesteyn tunc mortui characteres migrasse ad Carthusianos.

28 Isidori junioris epistolarum et ethimologiarum libri xx. In-fol. v.

In fine legitur : *Per Gentherum Zainer ex Reutlingen progenitum litteris impressi ahenis anno ab incarnat. dom. milles. quadringent. septuages. secundo , XIX die Novembris.*

Quatuor præmittuntur folia indicis, et Isidori ad Braulionem et Braulionis ad Isidorum epistolæ quinque tantùm. Sequitur tabula generalis, quam consequitur primus liber ethymologiarum. Character est quadratus ac elegans. Absque litteris principalibus, et sine numeris, signaturis et custodibus.

Editio hæc huc usque pro principe habita est; sed vide suprà, pag. 145, N°. 111. De hoc fusè Seemiller, *fasciculo primo*, *pag.* 39, disseruit.

29 Isidori Junioris Hispalensis Episcopi

prologus in lib. de responsione mundi et astrorum ordinatione. In-fol. m. r.

In fine legitur : *liber sancti Ysidori ēpi de responsione mundi et astror. ordinatione finit feliciter ꝑ Ginther Zainer de Reutlingen civem Augustensem, anno dm̄i* M. CCCC. LXXII, *mensis Decembris die septiā.* Constat 20 foliis. Character Romanus; absque signat., sed habet figuras. Nondùm adhibuerat usum litterarum principalium. Tractavi exemplar unum in cujus fine ex eodem charactere compactum extabat opus Joan. Andrææ Bononiensis *super arboribus consanguinitatis* ex IV tantùm plagulis. Editio princeps.

30 Justini historici politissimi epitoma in Trogi Pompeii historias. In-fol.

In fine leguntur soliti versus Conradi, Sweynheym et Arnoldi Pannartz Romæ 1472, die XXVI Septembris. Nec video cur Debure, N°. 4331, velit huic editioni debere Florum adjungi. Nihil enim id probat. Undè propter operis exiguitatem dari potuit quandòque duo hæc fuisse simul compacta. Tria enim tractavi Justini exemplaria nusquam Floro unita.

31 Nicolai de Lyra postillæ in totum novum testamentum cum additionibus Pauli Burgensis. 1472. In-fol. m. r.

Incipit sic : *postilla super Matheū fratris Nicolai de Lyra ordinis Fratrum Minorum incipit.* Folium quintum in Apocalypsim unam habet columnam ex utrâque parte albam, et in fine Apocalypsis legitur : M. CCCC. LXXII.

Columnæ, etiam prima, habent 62 lineas et ultima 58. Absque signat., num. et custodibus. Character idem est ac sancti Augustini *de arte predicandi*, *ex editione Mentelii.* Nihil apud Bibliographos inveni de hac editione.

32 Joannis Nyder preceptorium divine legis. In-fol. m. r.

In fine legitur : *impressum Colonie par magistrum Johannem Koelhof de Lubick anno dn̄i* M. CCCC. LXXII.

Tituli præceptorum et capitulorum in principio voluminis recto tantùm imprimuntur ; in fine verò numeri capitulorum quandòque arithmetico numero et quandòque appellatis vocibus imprimuntur.

Folia signantur ab a ad mm iiij , iterato

alphabetico progressu. Character, licet gothicus, satis est elegans; et litteræ principales depinguntur. Quantivis esset pretii hoc volumen, si ipsius meritum procederet ex estimatione abbatis Rive! Ait enim: (vide *chasse aux bibliographes*, *pag.* 140.) *Mon maître possede un livre rarissime et inconnu jusqu'à aujourd'hui; il est in-folio et sur deux colonnes, en lettres de somme. Sa date est antérieure à l'an* 1474, *et il a été imprimé à Cologne, par Jean Kolhof* (*sic*). *Il en donnera la description dans ses notices des éditions du quinzième siècle. On lui en a offert plusieurs fois cent louis, et il n'a jamais voulu le laisser sortir de son cabinet. Il n'est ni chez le roi de France, ni chez l'empereur, ni dans aucune des plus célèbres bibliotheques de l'Europe.*

Occasione hujus textûs observandum quod quidam rogatus a dicto abbate ut ad ipsum *preceptorii* mandaret notitiam, cujus existentiam penitùs ignorabat, sequentia rescripsit ex Aquis Sextiis die 17 Novembris anni 1788, aliquot mensibus antequàm partem hanc sui operis prælo subjiceret:

Que Koelhof ait imprimé en 1472, *je ne m'y oppose pas, puisque je connois un livre sorti de sa presse en* 1470 : *mais qu'il ait mis des signatures dans ceux qu'il a imprimés en*

1472, *je n'en serai parfaitement sûr que lorsque je les aurai vues. Il y a dans le brocantage des livres tant de fraude et tant de tricherie, que des imposteurs collent d'une manière si subtile un chiffre qu'ils découpent sur quelques feuillets, que les plus fins y sont attrapés. Je ne vous remercie pas moins du prétendu livre que vous m'avez indiqué avec signatures, sous l'an* 1472, etc. etc....... *Si ces signatures sont de* 1472, *d'après l'irréprochabilité que vous lui supposez elles me jettent dans une surprise que je ne peux pas exprimer; mais ce qui me rassure, c'est qu'il y aura supercherie dans votre exemplaire.*

Comparato abbatis Rive utroque testimonio contradictorio, penès lectorem sit judicium. Dùm aliundè remittam adhuc ipsum ad Joannis de Turrecrematâ *contemplationes impress. anno* 1472, cum signaturis. Vide infrà N°. 44.

Ruit etiam systema de Marolles, *recherches sur l'origine et le premier usage des signatures et des réclames, imprimé à Paris, Barrois*, 1783, dùm Joanni de Coloniâ anno 1474, primum earum usum Venetiis adscribit. Patebit etiam sub anno 1473, jam adhibitas fuisse Argentinæ. Anno etiam 1474 signaturis utebatur adhuc Koelhof

in impressione *tractatûs Francisci de Plateá de usuris*. Vide la Vallière, N°. 612.

33 Il Petrarcha; *Patavii* 1472, *die VI Novembris*. In-fol.

In fine legitur: *Francisci Petrarcæ laureati poetæ nec non secretarii apostolici benemeriti. Rerum vulgariũ fragmẽta ex originali libro extracta in urbe patauina liber absolutus est fœliciter. Bar. de Valde. Patavus. F. F. Martinus de septem arboribus Prutenus.* M. CCCC. LXXII. *die VI Novembris.*

Præmittuntur octo folia indicis quæ terminantur folio verso cum testimonio Petrarchæ de Laurâ. Et cum folio nono incipiunt sonetti. Pagina prima charactere capitali imprimitur sicut prima *triumphi de amore*. Accuratè describit Debure, N°. 3342.

EXEMPLAR ELEGANS.

34 Opus restitutionum Francisci de Plateâ. *Impr. Venetiis Bartholomæus Cremonensis anno* 1472. In-4°.

Leguntur in fine sequentes sex versus et subscriptio:

Quem legis : impressus dum stabit in ære caracter ,

Dum non longa dies uel fera fata prement.

Candida perpetuæ non deerit fama Cremonæ.

Phidiacum hinc superat Bartholomæus ebur.

Cedite chalcographi : millesima vestra figura est

Archetypas finxit solus at iste notas.

M. CCCC. LXXII. *Nicolao Truno duce Venetiarum regnante impressum fuit hoc opus fæliciter.* Vide la Vallière, N°. 611.

Leonardus de Basileâ anno 1473 , idem opus de novo prælis subjecit , servatis iisdem versibus , et mutato solo Typographi nomine : sed toto cœlo inter se differt utraque editio. Una enim est 225 foliorum et altera 173. Vide etiam pag. 117 suprà , N°. 53.

35 M. Accii Plauti comediæ XX. *Venetiis*, *Joh. de Coloniâ et Vindelinus de Spirâ* 1472. In-fol.

In fine legitur hæc subscriptio : *Plauti vigenti comedie : lingue latine delicie : magna ex parte emendate per Georgium Alexandrinum : de cujus eruditione et diligentia iudicent legentes. Im-*

presse fuere opera et impendio Joannis de Colonia agripinensi : atq; Vindelini de Spirâ. Venetiis M. CCCC. LXXII. *Nicolao Trono Principe iucundissimo et duce foelicissimo.*

Tria præmittuntur folia quæ exhibent epistolam Georgii Alexandrini ; excerpta ipsius ex variis auctoribus de Plauti comædiis, et registrum comædiarum. Vide Debure, N°. 2592. Apud Canonicos Patavinos extat unum exemplar in pergamenâ hujus editionis rarissimæ. Caret sign., num. et custod.

36 Caii Plinii secundi historiæ naturalis libri XXXVII, cum epistola dedicatoria Joannis Andrææ Episcopi Aleriensis. *Venetiis per Nicol. Janson.* 1472. In-folio. Maximo. m. r.

In fine, folio penultimo, legitur : *Caii Plini secundi naturalis historiæ libri tricesimi septimi et ultimi finis impressi Venetiis per Nicolaum Jenson Gallicvm.* M. CCCC. LXXII. *Nicolao Trono inclyto Venetiarum duce.* Vide la Vallière, N°. 1447. et *Bibliograph. instr.* N°. 1462.

37 Roderici Zamorensis Episcopi speculum vitæ humanæ. In-fol. m. r.

In fine legitur : *finit liber dictus. Speculum vite humane. quia in eo et. cesarea potestas. et regalis dignitas bubulcorum eciam genus sibi speculatur saluberrima simul spiritualisq3 vite viros secum aduehens. papam scilicet cardinales. archiepiscopos. clericos. et ceteros ecclesie ministros. rectam et his speculandi prescribendo normam a Heliia Heliie alias de. Louffen Canonico. Ecclesie ville. Beronensis in pago. ErgoWie site absq3 calami exaratione. Vigilia. Conceptionis mariæ. sub. anno ab incarnacione domini. Millesimo quadringentesimo septuagesimo. secundo.*

Caret signat., numeris et custodibus ; et litteræ principales depictæ sunt. Exemplar elegans. Vide catal. la Vallière, N°. 1312. De villâ Beronensi vide abbatis Rive *chasse aux Bibliographes*, *pag.* 142.

38 Rei rusticæ Scriptores. *Venetiis Janson.* 1472. In-fol. vélin.

Accuratè describitur *Bibliog. instr.* N°. 1526. Post Palladii subscriptionem legitur epistola Francisci Coluciæ Verzinensis ad Nicolaum Janson ex quâ colligitur ipsum editionem hanc curasse ; dum verò Georg. Alexandrin. suas præmisit Varroni et Catoni.

EDITIO PRINCEPS.

39 Strabonis geographiæ libri XVII cum præfatione Andreæ Aleriensis. *Venetiis Vindelinus de Spirâ* 1472. In-fol. m. r.

Editio secunda accuratè descripta apud Debure, N°. 4181.

40 Suetonii vitæ XII Cæsarum. *Romæ Sweynheyn et Pannartz* 1472, *die* 17 *Septembris* In-fol. m. r.

Operi præmittitur folium exhibens versus in Suetonii commendationem; et rubricas librorum, hoc est: verbum primum a quo incipit liber quilibet operis. Vid. Debure N°. 4921.

Exemplar elegans, cum litteris pictis.

41 Jacobi de Theramo consolatio peccatorum apud nonnullos Belial vocitatum. In-fol. m. r.

In fine legitur: *explicit lib' Belial nūcupat' al's pctoꝝ ɔsolatio Per Joh'. Schu'ſƀlē' civē Aug'. impssus. āno dn̄i m°. cccc LXXII. Julii vero Nonas VI.*

De hoc vide Placidum Braun, pag. 148 et

Seemiller in *Bibliothecæ Ingolstadiensis incunabulis impr. Ingolstadii* 1787, *fasciculo primo*, *pag.* 40. Absque signat., custodibus, etc.

Hoc opus est ultimum a Schuslero impressum. Ex tunc ejus præla et utensilia Typographica coemit abbas Stamham, eaque in Monasterio Sanctæ Affræ propè Augustam transferri fecit die quintâ Augusti.

42 Sancti Thomæ Secunda Secundæ, seu summa de virtutibus et vitiis. In-fol. m. r.

In fine legitur: M. CCCC. LXXII. *Laus Deo.*

Describitur catalogo la Vallière, N°. 535. Character autem pertinere videtur ad Conradum Fyner, qui et ingens opus ejusdem doctoris in IV Evangelia impressit: de quo vide Braun, pag. 71.

43 Tibulli, Propertii et Catulli poetarum carmina, unà cum Papinii Statii Sylvarum libris IV, in Membranis. In-fol. vélin.

In fine *Statii* legitur: *tabula librorum qui sunt in presenti volumine*: *Albius Tibullus elegiæ scriptor optimus; Aurelius Propertius Bevanus. clarissimi*

rissimi poetæ Catulli Veronensis epigrama Pub. Papinus Statius Sylvarum. M. CCCC. LXXII.

Præmittitur folium exhibens vitam Aurelii Propertii, licèt sequantur Tibulli carmina, quod forsan per transpositionem contigit. Pariter *Catullo* præest unum ejus vitam exhibens; et ante *sylvas Statii* aliud exhibet auctoris prohemium ad Stellam. Pagina prima eleganter est depicta; et nihil desiderari potest in hoc codice, ratione nitoris ac conservationis. Editio princeps et rarissima. Absque signaturis, numeris et custodibus. Character pertinere videtur ad Nicolaum Janson.

Hoc singularitatis habet hæc editio, quod errore manuscripti aut Typographi, liber secundus *sylvarum* ordine ultimus imprimatur.

44 Contemplationes devotissimæ per reverendissimum dñm dñm Johēm de Turrecremata Cardinalem quondam Sancti Sixti editæ atque in parietibus circuitus Mariæ Minervæ; nedum litterarum caracteribus, verùm etiam imaginum figuris ornatissimè descriptæ atque depictæ feliciter finiunt anno salutis M. CCCC. LXXII. die verò vigesima quarta mensis Decembris, sedente

T

Sixto quart*a* pontifice magno, etc. In-fol. m. r.

Talis est subscriptio et talis est titulus, cum hac exceptione quod, numeri Romani loco, legatur: *milles. quadring. septuages. secundo*, in titulo. Folia signantur, et idem omninò est character ac *Henrici Ariminensis Spiræ impressi anno* 1472. Spirenses ergo ab anno 1472 jam signaturis utebantur.

Editio hæc caret figuris, constat 16 foliis; ex charactere rudi ac difformi. Hanc autem descripserunt *relationes Gottingenses, ad diem* 10 *Martii anni* 1760. Describitur apud Seemiller, *fasciculo primo, pag.* 44.

45 Joh. de Turrecremata expositio brevis super toto psalterio. *Augustæ Joh. Schusler* 1472, *pridie Nonas Maias.* In-fol. m. r.

Legitur in fine: *Johannis de Turrecremata cardinalis scti Sixti vulgariter nūcupati explanatio ī psalteriū finit. Per Johannē Schu'ʃsler ciuem Aug'. impressa. Anno dn̄i* M. CCCC. LXXII. *pridie Nōs Mayas.* Absque sign., cust. et num.

46 Valturius de re militari. *Impress. Ve-*

ronæ per Joan. Cyrurgia 1472. In-fol. cum figuris ligno incisis. m. r.

Litteræ principales auro depictæ sunt. Perfectè conformis descriptioni *Bibliograph. instr.* N°. 2132.

In fine legitur : *Johannes ex uerona oriundus : Nicolai cyrurie medici filius : Artis impressorie magister : hunc de re militari librum elegantissimum : litteris et figuratis signis sua in patria primus impressit. An.* M. CCCC. LXXII.

Monendum errore compactoris quatuor folia indicis transponi , sed absque quovis defectu. Editio princeps.

47 Virgilii Maronis opera 1472. In-fol.

Locus et annus impressionis inveniuntur folio primo recto sic : *Lector si Virgilii vatis eminentissimi opera legere cupis : haec majestatem antiquitatis redolentia perlege : nam quicquid in his emendandis corrigendis castigandisque operibus Romana Venetaque lima poliverit terserit et ad suum redegerit nitorem perspicuum est : sed diligens ista sedulitas : et criticorum censura discedat : cessetque nimis affectata castigatio cum ab ipsis propriis Maronis exemplaribus : quae Romae in*

aede divi Pauli reposita sunt : integrum purum nitidumque opus hoc effluxerit natumque sit, si vis certior fieri : id legito vale. Anno incarnationis dominicæ M. CCCC. LXXII.

Vide hanc integram in catalogo Smithiano apud Maittaire ; sed accuratiùs apud Debure, N°. 2664. Post folium hoc primum, et ante Eglogas extant folia XI ; et primo folio verso extant tituli operum in volumine contentorum, cum primo cujuslibet verbo, per modum registri. Deindè vita Virgilii, argumenta in libros Æneidorum, et nonnulla carmina quæ sub fide dubiâ Virgilio tribuuntur. Cum tredecimo folio incipiunt Eglogæ ; et cum Catalectis terminatur folio recto cum 35 versibus.

Advertendum in descriptione datâ a Debure lineam sequentem non esse accuratam, sed sic haberi : *si vis certior fieri : id legito vale.* Caret signat., numer. et custod. Character pertinere videtur ad Lavagnia Mediolanensem Typographum. Florentiæ autem videre contigit aliam *Virgilii* editionem in-fol., ejusdem anni, sed penitùs ignotam, in cujus fine legitur :

Sculpserunt docti manibus sed pectore firmo
Carmina Virgilii vatis super æthera noti
Jacobus existens primi Baptista sacerdos

Atque Alexander comites in amore benigni
Qui Fivizani vivunt super oppido digni.
M. CCCC. LXXII.

Jacobus autem de Fivizano imprimebat Venetiis *Junii Juvenalis satyras.* Vide catal. la Vallière, N°. 2529.

Libri sub anno 1473.

1 Sancti Augustini de civitate dei libri XXII, cum commentariis Thomæ Valois et Nicolai Triveth. In-fol. m. r.

Incipit sic : *interea* etc., et in fine textûs sunt insignia Schoyfferi et Fausti cum hac subscriptione, colore rubro : *textus sancti Augustini de civitate Dei Maguntie impressus explicit feliciter, anno LXXIII. Finito libro sit laus et gloria criste.*

In fine verò commentariorum longior subcriptio legitur, sicut extat numero primo apud Wurdtvein, *pag.* 107 *bibkoth. Moguntin. impr. Augustæ* 1787, in-4°. Character textûs est ex genere illius *bibliorum annor.* 1462 *et* 1472. Ille verò commentariorum ex genere illius *S. Thomæ*, *anni* 1467 etc. Vide la Vallière, N°. 450.

2 Joannes Boccacius de claris mulieribus cum figuris. In-fol. v.

In fine legitur : *liber Johannis Boccacii de de Certaldo de mlribus claris sūma diligentia amplius solito correctus ac per Johanēm Cȝeiner*

de Reutlingen Ulme impressus finit feliciter anno dom̄ M. CCCC. LXXIII.

Paginæ in columnas non distribuuntur. Folia romano more in medio numerantur. Litteræ principales ligno incisæ sunt, sicut et figuræ. Operi præmittuntur duo folia indicis; sed caret signat. et custodibus. Editio originalis et rarissima.

3 Anitij Manlij Torquati Severini Boetij ordinarii patritij exconsulis de consolatione philosophie cum commentariis Sancti Thomæ de Aquino. In-fol. maximo. m. r.

Voluminis hujus duplex est pars : prima exhibet textum Boetii cum commentariis S. Thomæ ; secunda verò textum auctoris Latinum et versionem ipsius in linguam Germanicam.

Prima incipit sic : *sancti Thomæ de Aquino super libris Boetii de consolatione philosophie comentū cū expositione feliciter incipit....*

Et in fine hujus legitur : *hic liber Boecii de ɔsolatione philosophie in textu latina alemanicaqȝ lingua refertus ac translat⁹ una cū apparatu et expositione beati Thome de Aquino ordinis predicatorum finit feliciter anno domini* M. CCCC.

LXXIII, XXIIII *mensis Julii. Condidit hoc civis alūmis Nurembergensis opus arte sua Antonius Coburger.* Et mediat folium album inter secundam partem quæ incipit titulo suprà relato.

In hac præmittitur textûs Boetii pars metrica, et sequitur alternatìm ejus versio Germanica. Absque ullâ subscriptione terminatur folio verso hac lineâ: *Boetii philosophice consolationis liber quintus explicit.* Et hæc ultima pagina habet 47 lineas.

Primæ parti præmittuntur V folia indicis, et hujus paginæ in columnas dividuntur, non ita verò in secundâ. Caret signat., num. et custod. Character idem est ac *bibliorum* hujus artificis *anni* 1475. Nemo huc usque, quod sciam, hujus descriptionem suppeditavit. Maittaire et Debure *Bibliograp. instruct.* N°. 1308, ejus tantùm existentiam subodorati sunt. Exemplar elegantissimum in chartâ maximâ.

EDITIO PRINCEPS. Cum anni notâ.

4 Bonifacii papæ liber sextus decretalium. In membranis. In-fol. m. r.

In fine legitur rubro charactere: *Sexti decretalium opus preclarum in nobili urbe Maguncia quam imprimendi arte ingeniosa gratuitoque dono*

gloriosus Deus plus ceteris terrarum nationibus prefere illustrareque dignatus non atramento e plumali ereaque penna cannave, sed adinventione quadam perpulchra per venerandum virum petrum Schoyfher de Gernsehem feliciter est consummatum anno domini M. CCCC. LXXIII. *ad Nonas Aprilias.*

Observandum folium ultimum unicè referre hanc subscriptionem. Editio Maittaire vix cognita cæterisque bibliographis, adeòque rarissima. Hoc autem exemplar alternatìm ex chartâ mixtâ cum pergamenâ componitur; quæ singularitas haud communis est.

5 Caii Julii Cæsaris commentaria de bellis Romanorum unà cum Julii Celsi in Cæsarem commentariis. In-fol. m. verd. Tomi duo.

Primus Tomus incipit immediatè a textu Cæsaris, et folio recto sic terminatur : *finiunt feliciter libri commentarior. Julii Cæsaris de bello Gallico, LXXIII.* Et folio verso extat registrum titulorum cujuslibet libri.

Tomus verò secundus continet Celsi commentaria, et in fine legitur : *explicit liber. Deo gracias. Anno dñi M.* CCCC *LXX tercio.*

Paginæ in columnas non dividuntur; est absque titulis, numeris, signaturis et custodibus. Character verò pertinet ad eum quo tempore hoc utebatur Conradus Fyner Eslingæ. Mediante hac descriptione supplentur et corriguntur dicta a Maittaire, et Debure Nº. 4886.

Rarissimæ hujus editionis exemplar est optimæ conservationis.

6 Clementis V constitutiones cum commentariis. In-fol. m. r.

In fine legitur : *per venerabiles viros Leonardum Pfiugl et Georgium Laver Rome impressum anno dñi M.* CCCC. LXXIII, *die verò decima octava mensis Marcii*, etc. Et sequitur constitutio : *exivi de paradiso.* Vide Audiffredy.

7 Petri Comestoris Trecensis historia ecclesiastica. In-fol. m. verd.

In fine legitur : *finit historia que et vulgato vocabulo scolastica a petro comestoris· edita per Gintherum vero Zainer· litteris eneis impressa, anno a partu virginis salutifero millesimo quadringentesimo septuagesimo tercio.*

Sex folia indicis habet. Tituli in superiori parte paginarum imprimuntur. Caret signat. et

custod. Sed non tantùm folia, verùm et ipsæ paginæ more romano numerantur, et litteræ principales incisæ sunt. Character etiam est quadratus et elegans.

Exemplar nitidissimum in chartâ maximâ. Legitur catalogi Lauragais *anni* 1770 N°. 589, idem opus prodiisse eodem anno in Trajecto inferiori apud Nicolaum Keteler et Gerardum Leempt.

8 Compendium Theologicæ veritatis. In-folio.

In fine indicis legitur: *suscipite igitur queso omnes Theologiæ veritatis fideiq3 Katholice amatores hunc laborem......... cujus munere ac singulari adjutorio hec ego Thomas Dorniberg prefatus feliciter perfeci et complevi. Anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo tercio. In Vigilia Sancti Bartholomei apostoli. Explicit registrum. Deo gratias.*

Folia numerantur more romano quorum ultimum sic habet: *folium CXXIX.*

Sed non numeratur index 12 foliorum. Caret signat. et custod. Paginæ non dividuntur in columnas. Sub anno 1473 refertur, licèt videatur annum hunc pertinere potiùs ad eum quo

Dorniberg indicem confecit. De hoc libro rarissimo vide Schelhorne *ad Quirini pag.* 29. Nonnulli opus adscripsere Thomæ Aquinati, et alii Alberto Magno ; sed verus hujus auctor fuit Hugo de Argentinâ ordinis prædicatorum.

Character pertinere videtur, si Denis N°. 4709 credatur, ad Petrum Drach Spirensem Typographum.

9 Durandi rationale divinorum officiorum. In-fol. m. r.

In fine legitur : *rationalis presens divinorum officiorum liber capitalium decoratus venustate ast rubricationibus accuratis distinctus per discretum Johannem Zeiner ex Reutlingen procreatum urbe Ulmæ commorantem cum diligentia impressus cum trinitate summæ et individuæ adjutorio consummat. anno dnī millesimo quadringentesimo septuagesimo tertio die tertio vero Decembris.*

Litteræ majores ligno sunt incisæ, et folia more Romano numerantur et sunt 264 ; sed desiderantur signat. et custod. Columnæ constant etiam 50 lineis. In tribus libri hujus editionibus Zainer, tanta est diversitas, ut unius et ejusdem editionis esse non possit affirmari.

10 Durandi rationale divinorum officiorum. In-fol.

In fine legitur : *alma in urbe Roma tocius mūdi regina......... non atramento plumali calamo neque stilo ereo sed artificiosa quadam adinventione imprimendi seu caracterizandi sic effigiatum ad Deī laudem industrie que est consummatum per Udalricum Gallum Almanum et Simonem Nicolai de Luca anno dom.* M. CCCC. LXXIII. *die vero XXIII mensis Junii.*

Extat in fine registrum quinternionum. In hoc aliundè elegantissimo desideratur folium primum. Vide Audiffredy.

11 Eusebii Cæsariensis libri de præparatione evangelica. In-fol. m. r.

Legitur in fine : *ingeniosa manus* 1473. *Leonardus Aurl.*

Accuratissimè describitur apud Pinelli N°. 370, et Crevenna N°. 428. Litteræ omnes principales eleganter auro et coloribus depictæ sunt.

12 Joannis Gerson collectorium super *Magnificat.* In-fol. m. r.

In fine legitur : *hæc compilatio devota Egregii*

et famosi magistri Joh. Gerson sacre pagine doctoris eximii Cancellarii Parisiensis anno dñi M. CCCC. LXXIII.

Paginæ in columnas dividuntur, absque signat., num. et custod. Character videtur pertinere ad Conradum Fyner. Braun, pag. 159, videtur eamdem descripsisse edition.; sed hanc Eggestein Typographo adscribit; quod vix diffiteor, propter affinitatem characterum utriusque Typographi. Hoc opus gaudet merito prioritatis pro cantu ecclesiastico aut musicali exhibendo notas, in-folio scilicet quarto. Hoc si novisset Abbas Rive, in suâ *chasse aux Bibliographes*, *pag.* 363, in abbatem le Mercier insurgens, non ad annum 1480 et 1488, primum harum notarum usum non retulisset.

13 Compilatio nova decretalium Gregori IX. *Impress. Moguntiæ. Pet. Schoyffher* 1473, 9 *Kal. Decembris.* In-fol. m. r.

In fine leguntur folio recto subscriptio rubro expressa charactere, et folio verso versus sequentes, prout hic subjiciuntur: *Anno incarnationis dñce* M. CCCC. LXXIII. IX *Kl'.Decembris sanctissimo in xpo pre ac dño*

dn̄o sixto pp̄a. iiij. pontifice maximo ! illustrissimo nobilissime domus Austrie Friderico ! rōnorūm rege gloriosissimo ! rerūdnis ! reuerēdissimo ī xp̄o pr̄e dn̄o Adolpho archip̄sule magūtino ! in nobili vrbe Magūcia ! q̄nr̄os apud maiores aurea dicta ! quā diuina etiā clemētia dono gratuito p̄ ceteris terraꝝ nationibꝫ arte imp̄ssoria dignata ē illustra'e.! hoc p̄ns decretale glosa cū ordinaria dn̄i bernhardi nō atramētali penna cannaue sed arte quadā ingeniosa imprimendi cunctipotente aspiranti deo Petrus Schoiffer de gernszheim suis consignando scutis feliciter consummauit.

Cur deūs ultimis t̨pibus artis imp̄ssorie nouū seculo munus inuexerit.

ape quid hec nr̄is petit ars noua ⁊ inclita seclis.
priscis cur patribꝫ lux ea non micuit.
Quos pr̄ omipotēs creat. hos vocat. hos simul om̄es
Vult saluos veri noticia fieri.
Hinc dudū exhibita est cupimus quā vita secunda
Cuncti. sed multi posse venire negant.
Hac iterū ydolatras arte et tinctos ⁊ apellas
Accersire parat q̄' prius adueniat.

Apologia vel excusatio cleri de ignorātia & carētia librorų.

Trāseat allophilus. Cristi causatur alumnus
Haud se scripturas nosse. et apostolicus
Est ait aut Geropres michi nemo aut bibliopola
Grande ꝓcul preciū est. et parisꝰ alma scola
Scribi scripturas disponere si volo sacras
Est labor et falsos accomodare libros.
Si verū exemplar mendax transfertur in instar
Vix male corrigitur. margo sȝ inficitur.
Atramēue labat membranis. liquitur. elbet.
Sepe & cū precio & codice scriptor abit.
Fenore sic multo curarų siue laborų
Grandibus impensis vix redimitur opus.
Has ob res libros clerus non cōparat. imo.
Tantis ꝓtesus abstinet incomodis
Et sic depascit pastor dum pascere nescit
Ductor seducit nomen habens reducis.
Hinc erit ut pplꝰus sic princeps sicqȝ sacerdos
Quos ne fungantur pelle sacerdotio.

Excusationis repulsio & artis impssorie cōmēdatio.

Sed quid ages ego. dū libros non redimendi

Aut

Aut non discendi nulla subest ratio.
Causaris. Geropres tibi nemo aut bibliopola.
En venit hic venū codice farta penus.
Accusas. nimis esse forū libri pciosum
Nullus pro simili scriberet hunc pciō
Pauper es. et lodex tibi pulcra. vorās q° ʒ liber.
Te ditet codex nil comedensqʒ liber.
Si nequeat vice pastor paupere de stipe degens.
Comparet hūc pastor vellera lacqʒ legens.
Forte scola est paridis pcul. en gignasticus heros
Ejusdem thomas doctor aquinus adest.
Quid pce cū pciū labor aut opus est comodanti
Reddi. cum danti sufficiat precium.
Hic verum exemplar mendax non transit in instar.
Mille valent vno stante caracterio.
Ast atramentū pbat hoc non esse caducum
Cerotūue rapax aut cineralis aqua.
Quamlibʒ influida carta nō liquitur unda.
Tetra. neqʒ atrior hac fallit in arte liquor.
Litera cōtinua et par libros grāma venustat
Ex vno in cūctis esse memor poteris.
Ergo q8' objiciant nichil amplius ē patet alme.
Quominus addiscant teqʒ docenda tuos.

V

Exhortatio ad comparandum libros.

Jmmensi roboris qua tuta est vinea turris
Cum ꝓpugnaculis principibusue manet.
Sed mille clipeos aut pendentes modo libros
Ad ꝓpugnacula nostra videre stupor est.
Heu salomon vbi sūt docti bellisq; robusti.
A quibus ambitur thalamus ille tuus.
Droch vbi ꝓpugiles qui ut quondā femora cingāt
Ensibus. aut vbi sunt et gladij ancipites
Excita palladios salomon ꝓ cantica psalmos
Vt sumant almos paule iube gladios.
Hos inquā gladios iubet ad quos xp̄us emēdos
Vt vendant vnam discipuli tunicam.
Hij sunt scripture diuina volumina sacre
Jurris et humani ecce duo gladij.
Heu venit illa dies nox imo venit. vbi ferri
Atq; simul verbi fiet opus gladijs.
Quilibet ergo suos emat atq; exercitet enses
Hanc ꝓpter noctem q̄' prius adueniat.

Primoꝝ artis magistroꝝ typus et petri p̄coniū.

Scema tabernaculi moises salomon q°; tēpli
Haud preter ingenuos ꝓficiunt dedalos.

Sic decus ecclesie maius. maior salomone
Jam renouans. renouat beselehel et hijrā.
Hos dedit eximios sculpendi in arte magistros.
Cui placet en mactos arte sagire viros.
Quos genuit ambos vrbs mogūtina Johānes
Librorꝫ insignes ꝓthocaragmaticos.
Cū quibus optatū petrus venit ad poliandrum
Cursu posterior. introeundo prior.
Quippe quibus p̄stat sculpendi lege sagitus
A solo dante lumen et ingenium.
Ratio queqꝫ suum poterit reperire caragma
Secum. nempe stilo ꝓminet omnigeno.
Credē difficile est doctores q̄' p̄ciosa
Pendat mercede scripta recorrigere.
Orthosmtheticū cuius sintagma ꝑ orbem.
Fulget franciscū p̄sto magistrum habet.
Me q°ꝫ ɔiunxit illi non vile tragema.
Publica sed comoda et terrigenum columen.
O vtinam exscobe' falsis moliantur ideam
Qui sintagma regunt et ꝓthocaragma legūt.
Aureola indubie p̄miaret eos logothece
Quippe libris cathedras mille suberudiūt.

Sequentes octo versus colore rubro imprimuntur:

Estimo nec scriptas decretales neq3 pssas
Conferri nostris. in trib> eximijs.
In folijs spaciū cunctis est marginis equum
Codicis hoc primū fulget ab arte decus.
Queré te textui distantem crebro fatigat
Glosam. hic foliū vertere non opus est.
Te cito certificant monstrantia grāmata glosam:
Cozrectusq3 liber pficiet docilem.

Hos autem versus Udalricus Gallus Romæ anno sequenti de novo edidit, in fine ejusdem operis a se vulgati.

14 Gregorii IX decretalium libri. *Moguntiæ Petrus Schoyfher* 1473. In membranis. In-fol. maximo. Demi-reliure.

Ex eâdem præcedenti editione, et cum iisdem versibus, licèt non in omnibus extare exemplaribus dicat auctor catalogi la Vallière, N°. 1050. Sed in principio voluminis desiderantur 30 folia priora.

15 Roberti de Litio (Caraccioli) ordinis

Minorum professoris opus quadragesimale perutilissimum, quod de penitentiâ dictum est. In-fol. m. r.

In fine legitur : *Confectum per Ulricum Zel de Hanauv artis impressorie magistrum Colonie impressum finem cepit optatum sexto decimo Kal. mensis Februarii* M. CCCC. LXXIII.

Accuratè describitur in catalogo auctionis Crevenna, p. 155, excepto quòd in ejus exemplari deerat folium ultimum, quod terminatur sic : *tabula omnium sermonum in hoc opere contentorum explicit feliciter.*

Desunt signaturæ, custodes, numeri et litteræ principales.

Exemplar elegans ac completum.

Tantâ et stupendâ famâ gaudebat Caraccioli ut per totam Europam multoties, jam anno 1472, promulgati et impressi fuerint ipsius sermones, quos tamen prædicarat currente 1470, sicut ipse, sermone quinquagesimo quarto in Dominicâ Passionis, testatur.

16 Francisci Petrarchæ Poetæ sonetti e triumphi. 1473. *Nicolao Marcello principe regnante impr. fuit hoc opus fe-*

liciter in Venetiis (*Janson.*) In membranis. In-4°. m. bleu.

Præeunt septem folia indicis, et post subscriptionem quinque folia sequuntur, quorum primum hunc habet titulum : *memorabilia quædam de Laura manu propria Francisci Petrarchæ scripta in quodam codice Virgilii in papiensi bibliotheca reperta.* Accuratè describitur Debure, N°. 3343, et catalogo la Vallière N°. 3582.

Exemplar splendidum et optimè compactum.

17 Epistola Francisci Petrarchæ de insigni obedientia et fide uxoria Griselidis in Waltherum. *Impress. Ulmæ Joh. Zeiner* 1473. In-fol.

Prima littera unà cum viticulis ligno inciditur. Vide catalogum la Vallière, N°. 3973.

18 Rainerii de Pisis Ordinis Prædicatorum pantheologia ex editione et cum præfatione Fratris Jacobi Florentini Ordinis Minorum. In-fol. Tomi tres, m. r.

In fine tomi tertii legitur : *anno a nativitate*

dñi millesimo quadringentesimo septuagesimo tertio, sexto idus Aprilis. finita deo juvante perfecta que est illa egregia summa Fratris Rainerii de Pisis Ordinis Prædicatorum : quæ alio nomine pantheologia quasi tota theologia haud ab re vocata est per industriosos impressoriæ artis magistros Johēm Sensenchmid de Egra et Henricum Kefer de Maguntia (non verò Koler, ut perperàm Maittaire et alii,) *Nurmbergæ urbis cives. eo apposito imprimendi studio et ea corrigendi diligentia que adhibita qua major adhiberi vix possit. deque fine sit laus et gloria deo trino et uno qui est per secula benedictus. amen.*

Primus autem incipit præfatione in tabulam primam. In hâc autem singulare hoc legitur : *præmonitum tamen esse cupio lectorem : hanc tabulam per omnia non omnibus competere pantheologiis sed tantum illis quæ post annum dñi* MCCCCLIX *ex Gandavo duxerunt originem* etc. Ergo inferri potest Gandavi longè ante hanc editionem prodiisse aliam. Præeunt operi tres tabulæ quæ 30 occupant folia; et terminatur tomus primus cum *dotibus animæ.*

Secundus incipit cum *ebrietate*, et terminatur cum *ordine sacramentali.*

Tertius incipit cum *passione xti*, et terminatur cum *Zelo.* Character gothicus minutus

est, sed elegans; absque signat., num. et custodibus; et eximii nitoris est exemplar. Norunt bibliographi Henricum Kefer fuissè unum ex sociis aut servis Joannis Guttemberg: de quo vide Lakman *annal. typograph. selecta capita*, *impr. Hamburgi* 1740 *pag.* 112; Meerman *origin. typ. p.* 55; et Schwartz qui *in prim. docum. parte primâ p.* 7 ait: *Henricus Kefer hic Moguntinus erat et in officina Jo. Guttemberg ministrarat, deinde discessit Norimbergæ, et ibi anno* 1473, *unà cum Sensenchmid libros impressit.*

Nemo huc usque inter bibliographos opus præsens completè novit nec descripsit. De Murr *in memorabilibus biblioth. Nuremberg. Tomo secundo*, *pag.* 320, refert ibi unum extare exemplar in membranis.

19 Pii secundi Pontificis maximi epistolæ (in ejus pontificatu editæ.) In-fol.

In fine sic habet: *opus impressum Mediolani per magistrum Antonium de Zarotis Parmensem* M, CCCC. LXXIII, *maij* XXV.

Character elegans; absque signaturis, num. et custodibus.

20 Francisci de Platea opus restitutio-

num, usurarum et excommunicationum. *Patavii Leonardus de Basileâ* 1473. In-fol.

In fine legitur:

Quem legis impressus dum stabit in ere caracter.
Dum non longa dies vel fera fata prement
Candida perpetue non deerit fama basileæ.
Phidiacum hunc superat leonardus ebur.
Cedite calcographi: millesima vestra figura est.
Archetipas fingit solus at iste notas.

M. CCCC. LXXIII, *Nicolao Trono duce venetiarum regnante impressum fuit hoc opus Padue feliciter.*

Ex charactere elegante, sed absque signat., num. et custod.

21 Plinii secundi historiæ naturalis libri 37, ex editione Nicolai Perroti. *Impr. Romæ Sweynheym et Pannartz* 1473, *die septimâ Maii.* In-fol. m. r.

Testimonia de Plinio manuscripta sunt in hoc. Vide *bibliograph. instr.* N°. 1463. Occasione hujus Romanæ Plinii editionis, monitum sit:

1°. apud bibliographos notum esse, vix primos Romanos typographos adhibuisse pergamenam chartam in primis suis editionibus; tamen Veronæ apud Franciscanos, tractavi Plinium *de historia naturali* ex primâ editione Sweinheym, in pergamenâ impressum, et quidem splendidè, cum litteris pictis. 2°. Affirmavit mihi vir omni fide dignus et peritus judex, Canonicus Maria Bandini, se multoties tractasse apud Dominicanos Fesulanos Plinii historiam, Romæ impressam in Pineâ regione, anno 1469. Sed frustrà unà cum ipso hanc in eâdem bibliothecâ, anno elapso inquisivimus.

22 Polybii historiarum libri ex versione Nicolai Perotti. *Romæ Sweynheym et Panartz* 1473, *die Jovis ultimâ Decembris*. In-fol. vélin.

Editio princeps et rarissima. Vide la Vallière N°. 4880.

Exemplar elegans, cum litteris pictis ac deauratis.

23 Liber Serapionis, aggregatus ex translatione Simonis Januensis et interprete ex Arabico Abraam Judæo.

Impr. Mediolani Ant. Zarotus. In-fol.

Vide la Vallière N°. 1695.

24 Synonima Simonis Genuensis. *Impr. Mediolani Ant. Zarotus* 1473. In-fol.

Incipit his verbis: *Synonima Simonis Genuensis.*

Cognita non plene medicie noia rerū
Procre ppsui: quo juvet artis op⁹.
Si qtū tādē non posse negavi:
Ad veniā satis est hoc voluisse satis.

Domino suo precipuo dōmino magistro Campano domi pape Capellano Canonico Parisiensi Simon infimus subdiaconus se ipsum etc.; et sequitur epistola Campani ad Simonem, in quâ dicit se dedisse huic libro suo nomen *clavis sanationis elaboratæ a mag. Simone Genuensi.* Et terminatur hâc subscriptione: *opus impressum per Ant. Zarotū Parmsem, anno dom.* M. CCCC. LXXIII., *die Martis tertiâ Augusti. Finis.*

Editio princeps et vix nota. Malè a Debure, N°. 2271, refertur inter libros Grammaticales.

25 Cardinalis Sancti Petri ad vincula ad

Paulum II Pontificem tractatus de sanguine xti. Tractatus de potentiâ Dei et de futuris contingentibus cum præfatione Philippi de lignanime. In-fol. v. f.

In fine tertii legitur : M. CCCC. LXXIII. *Pōtificis maximi Sixti quarti anno ejus secundo.*

In fine secundi extat registrum codicum cum his posteà litteris :

GOD

.A L.

De hoc vide P. Audiffredy.

26 Julii Solini de situ orbis terrarum et memorabilibus quæ mundi ambitu continentur. In-4°. m. r.

Liber *impressus Venetiis per Nicolaum Janson Gallicum* M. CCCC. LXXIII.

Non habet formam in-folio, ut ait Debure N°. 4204 : chartularii enim lineæ (gallicè *Pontuseaux*) transversæ sunt.

Editio princeps. Duo præmittuntur folia indicis capitulorum.

27 Strabonis Geographiæ libri XVII. *Impress. Romæ Sweynheym et Pannartz 1473, die verò Veneris XII mensis Februarii.* In-fol. m. r.

Vide Debure, N°. 4182. Exemplar elegans et completum.

28 Publii Terentii Afri poetæ comici comediæ. *Ex edit. Raphael. Regii.* In-f.

Præmittitur operi folium quod ex unâ parte tantùm imprimitur, ac exhibet epistolam Raphaelis Regii, in cujus fine legitur: *Venetiis tertio nonas Maias anno a natali Christiano* M. CCCC. LXXIII. *Nicolao Throno Duce.* Et folio sequenti incipit auctoris Andria, et cum Ecyrâ terminatur folio verso volumen sic: *finis.* Folium sequitur quod refert epigramma Cippici ad lectorem, ex 10 versibus. Caret signat., numeris et custod.; sed cum distinctione versuum imprimitur. Character pertinere videtur ad Vindelinum de Spirâ. Editio hæc fuit huc usque, quod sciam, penitùs ignota.

Character elegans et quadratus.

29 Sancti Thomæ de Aquino auctoritates

veteris ac novi testamenti. *Impr. Coloniæ* 1473. In-fol. m. r.

In fine legitur : *tabula auctoritatum veteris ac novi testamenti quos exponit doctor sanctus beatus Thomas in summis suis. Impressum est totum opus et finitum per me Arnoldum Terhoernen anno domini* 1473 (*sic* 1ꝯ∧3) *dominica reminiscere. De quo sit Deus benedictus in secula.* Et sequuntur insignia Typographi. Signat., num. et custodes desiderantur.

Tractavi idem opus *impressum Bononiæ anno* 1473, *die* XI *Martii in officinâ Baltasaris Azzoguidi civis Bononiensis*, in-fol.

30 Vincentii Belvacensis speculum historiale. (*Argentorati*,) *Jo. Mentelin* 1473. In-fol. Tomi IV.

Tomus primus habet octo libros, et terminatur sic : *explicit primum volumen speculi historialis impressum per Johannem Mentellin.*

Tomus secundus continet octo libros, et in fine legitur : *explicit secunda pars speculi historialis Vincentii impressa per Johannem Mentellin.*

Tomus tertius habet etiam octo libros ; in fine legitur : *impressum per Johannem Mentellin.*

Et in fine quarti Tomi octo etiam libros ha-

bentis legitur: *explicit speculum historiale Fratris Vincentii ordinis Predicatorum impressum per Johannem Mentellin anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo tercio quartâ die Decembris.*

In hoc exemplari formæ maximæ observantur in orâ infimâ aliquot signaturæ typis impressæ, quibus compactoris instrumentum pepercit. Deficiunt in hoc folia quædam indicis. Absque anni notâ; aliam editionem vulgavit Mentelin, de quâ infrà.

31 Leonardi (Mathæi) de Utino sermones aurei de Sanctis. In-fol. Tomi duo, m. r.

In fine legitur: *expliciunt sermones...... ad laudem dei et gloriam dei omnipotentis et totius curie triumphantis* M. CCCC. LXXIII. Vide la Vallière N°. 690, et Crevenna N°. 682, ubi refertur integra subscriptio. Media pars hujus, seu Tomus secundus tantùm extabat apud primum; in Tomo autem primo præest textui registrum, seu index ex 25 foliis, et folium aliud tabulæ sermonum in utroque volumine contentorum.

Caret signat., num. et custod.; et character dem est omninò ac quo utebatur Zellius pro *Roberti Caraccioli sermonibus*, hoc eodem anno.

32 Sermones quadragesimales de legibus Fratris Leonardi de Utino, et sermo primus de peccato gulæ. In-fol. m. r.

In fine legitur : *impressi sunt hii sermones Venetiis per Franciscum de Hailbrun et Nicolaum de Frankfordia socios. Laus Deo.* M. CCCC. LXXIII. Vide Pinelli, N°. 837.

Non video cur N°. 693 catalogi la Vallière, editiones horum sermonum, Ulmensem apud Zainer et Parisinam apud Gering, anni 1478, originales appellentur : nisi ratio habeatur indicis ipsis annexi a Fratre Felice. Character gothicus; absque signaturis.

Præmittitur folium indicis 48 sermonum, in quo folia numerata supponuntur, licèt reipsâ non sint.

33 Sermones aurei de sanctis Fratris Leonardi de Utino. In-fol. m. r.

In fine legitur : *impressique sunt hii sermones Venetiis per magistrum Franciscum de Hailbrun et magrm Nicolām de Frankfordia socios. Laus Deo.* M. CCCC. LXXIII.

Character gothicus, absque signat., num. et custodibus.

34 Zachariæ

34 Zachariæ Crysopolitani concordantia Evangelistarum. *Impr.* 1473. In-folio. m. r.

Character pertinere videtur ad Coburger Nurembergæ. Vide la Vallière N°. 105.

Libri sub anno 1474.

1 Vita et fabulæ Æsopi e Græco Latinæ per Rimicium factæ. *Impressit Mediolani Antonius Zarotus Parmensis* 1474. In-4°. m. r.

Character gothicus. Hanc ignoravit editionem Saxius; et hæc est ordine secunda. Apud Camaldulenses in Tusciâ extat alia, sub hoc titulo : *Phrigi Æsopi philosophi moralitas e Græco in Latinum traducta ;* et in fine legitur : M. CCCC. LXXIII. *impressus libellus Rome in domo nobilis viri Joannis Philippi de Lignamine Messan. s. d. n. familiaris anno ejus tertio sexta mensis Novembris*, *in*-4°.

Editio huc usque penitùs ignota, etiam P. Audiffredy.

2 Alberti magni sermones notabiles de tempore et Sanctis. *Impr. Coloniæ Therhurnen* 1474. *In profesto Nativitatis Domini.* In-fol. m. r.

In fine legitur : *ad. laudem et individue trinitatis ac gloriose virginis marie. et ad utilitatē ecclie imp2essi ac cōsūmati sunt sermones magistri alberti o2dinis p̄dicatoꝝ in colonia*

per me arnoldū therhurnen sub annis dñi M. CCCC. LXXIIII. *ipo die gloziosi ac sancti ꝓfesti natiuitatis dñi nři ihu xpi.*

Subscriptionem charactere rubro impressam subsequuntur insignia Typographi, cum indice 10 foliorum. Nec majores litteræ, nec signaturæ aut custodes apparent, nec numerantur folia. Hujus meminit Maittaire, pag. 338.

3 Alvaris Pelagii de planctu ecclesiæ libri II. *Impr. Ulmæ per Joannem Zeiner de Rutlingen anno* 1474, *die* 26 *Octobris.* In-fol. maximo, Tomi duo. m. violet.

Caret signaturis, num. et custod. Paginæ in columnas dividuntur; sed litteræ principales ligno inciduntur. Vide la Vallière, N°. 1070.

Editio originalis ac rarissima. Exemplar elegans.

4 Vita Sancti Ambrosii per S. Paulinum. Vita Sanctæ Agnetis a S. Ambrosio. Ab eodem passio sanctorum Martyrum Protasii et Gervasii, et eorum corporum inventio. Ejusdem de officiis libri tres. In-4°.

In fine legitur: *Impressus Mediolani P Chirstofor Valdarfer Ratisponensem* M. CCCC. LXXiiij, *die VII Januarii.*

Ut exemplar sit completum, opuscula hæc debent uniri.

Exemplar elegans, cum litteris deauratis. Vide Saxium, *in catalogo libror. Mediol. pag.* DLX.

5 Antonini summula confessionis. (*Defecerunt.*) In-4°.

In fine legitur: *Joh. de Colonia et Joh. Manthen de Gerretsem eorum ductu et impensa eamdem impressioni exponere conati sunt Venetiis* M. CCCC. LXXIIII. Absque signaturis et numeris; sed habet custodes. Denis *suppl. Maitt.* N°. 197, refert editionem unam eorumdem typographorum, ejusdem anni, quam dicit terminatam die IV Novembris. Hæc ergo saltem in hoc discrepat a nostrâ.

6 Antonini tractatus de excommunicatione, suspensionibus, interdictis etc; et matrimonio. In-4°.

In fine legitur: *Venetiis ductu et impensis Joh. de Coloniâ et Joan. Manthen de Gherretzhem* 1474. *die* 23 *Septembris.*

Habet signaturas. Vide Denis, *suppl. Maitt.* N°. 196.

7 Sanctus Augustinus de civitate Dei. *Romæ Udalricus Gallus et Symon Nicolai de Luca* 1474, *die vero IV mensis Februarii.* In-fol.

In fine extat registrum quaternionum, et litteræ majores auro depictæ sunt.

8 Nicolai de Auximo supplementum Summæ Pisanellæ. *Impress. Venetiis per Franciscum de Hailbrun et Nicolaum de Frankfordiâ socios* 1474, *Laus Deo.* In-fol.

Absque signaturis. Vide la Vallière, N°. 665.

9 Nicolai de Ausimo Summæ Pisanellæ supplementum. In-fol.

In fine legitur : *bonorum omnium largitore volente Deo expletum feliciter Januæ X Kal. Julii millesimo quadringente°.* LI.I. *quarto* (1474) *per Matheum Moravum de Olomuntz et Michaelem de Monaco socium ejus.*

Character gothicus, absque num., signat. et custodibus. Matheus ergo Moravus Nea-

polim petens, Genuæ præsentem librum impressit. Occasione libri hujus discurrens cum litterato uno Genuensi, narravit se rescire in archivis Gentilitiæ domûs Januensis existentiam libelli supplicis Amanuensium urbis ad Senatum, anni 1474, eo fine oblati ut Typographi illi expellerentur e toto Reipublicæ statu, ne fame Amanuenses pereant. Simile exemplum habetur de chartarum ludifactoriis Augustanæ civitatis, qui, in Typographorum adventu, a magistratibus obtinuere ne isti libris suis apponerent litteras capitales, aut viticulas ligno incisas. De quo vide Zapff et Heyneken, pag. 463.

10 Andr. Barbatiæ siculi de fide instrumentorum; *Bononiæ* 1474 *Kalend. Februarii.* Cautelle Barthol. Cepollæ Veronensis; *Mediolani per Christoph. Valdarfer Ratispon. impensis juris Scholaris* 1475, *die quintâ Septembris.* In-fol. max°. m. r.

Desiderantur signaturæ; sed extat registrum quinternionum.

11 Petri Berchorii reductorium morale. In-fol. m. r.

In fine legitur: *Finit Apocalypsis insup*

et integer reductorii moralis sedecimus liber figurar. biblie venerabilis domi et fris Berthorii factꝰ avinione, parisius correctus et jam cyrographata ex scriptura: litteras reductus ad pressas diligenti correcture advtencia et puncture per C. W. civem argentinensem ex annis domice incarnacōis millesimo quadringentesimo septuagesimo tertio elapsis, finitus anno sequenti Idibus Septembrium septimis luce Mercurii &c. &c. *laus deo ejusque matri marie amen*

Folium subscriptionis sequitur ingens tabula pro interpretatione Hebraicorum nominum. Volumini verò præest index in omnes scripturæ sacræ libros, in cujus fine legitur: *Finit feliciter tabula in Apocalypsim, et consequenter omnes tabulæ libri reductorii moralis biblie ex anno dominice incarnationis millesimo quadringentesimo septuagesimo quarto a die veneris nonis octobrium luce mensis septima laus deo.*

Libri auctor claret porrò quis recta registro addit ei: Scire haud opus est deus hunc beet ora. AMEN.

Et sequitur alter index *moralizationum biblie.* Desiderantur numeri, custodes et signaturæ. De libro hoc rarissimo vide Schoefflin, *vindiciæ typographiæ pag.* 48; ibique typographum appellat *Cephalum Wolphium*, vul-

gò *Wolfgang Koepfel.* Ex affinitate autem maximâ characterum cum illis quibus, annis 1473 et 1475, utebatur Coburger Nurembnrgæ, existimarunt aliqui fictum esse nomen hoc *Cephali Wolfii*; sed non video quibus sint innixi motivis. Koburger enim se civem Nurembergensem denominat, Cephalus Wolfius verò civem Argentinensem. In exemplari autem quod describebat Seemiller, *parte primâ*, *pag.* 55, manu miniatoris legebatur, loco Cephali Wolfii: *Conradus Wolfach.* De nomine igitur res est dubia.

Editio hæc nonnisi partem unam totius operis Berchorii Benedictini Parisiensis refert; 34 enim libros habent manuscripti. Occasione subscriptionis in errorem inductus est P. Mansi in novâ editione Fabricii, dùm eam sub anno 1473 collocat. Videtur intentionem fuisse typographi figuras præmittere cuilibet libro sacro; in principio loca vacua relicta sunt pro illis suscipiendis.

12 Qui inchomincia el tesoro di Sr. Brunetto Latino di firense, e parla del nascimento e della natura di tute le cose. In-fol. Cum ligaturâ antiquâ.

In fine registri quinternionum legitur :

Laus eterno Deo.

In Triviso adi XVI *Decembrio* M. CCCC. LXXIIII.

Et folio verso sequitur *una risposta di dante a ser Brunetto latini ritrovàdo da lui nel quinto decimo canto del suo inferno.* Et hæc habet 40 versus. Operi verò præmittuntur folia quinque indicis. De hac editione ait Haym ex editione anni 1773, pag. 364 : *edizione e tanto bella altrittanto rara. . .*

Præmittuntur folia quinque indicis capitulorum ; et cum folio sexto *incomincia el tesoro.* Volumen terminatur uno registro quinternionum singulari. Collocantur in eo quinterniones sub uno ordine alphabetico signaturarum, absque eò quòd tamen in libro sint signaturæ. In principio hujus sic legitur : *questa tavola seguente si e la continuatione di questo presente libro chiamato el tesoro de ser Brunetto latino per la qual cosa intendere : elle di sapere chel primo quinternio a nome* a, *el secundo a nome* b, *et terzo* c : *e cosi seguendo fino al ultimo quinternio el quale ha nome* o. *onde troverete qui da sotto la continuatione della prima carta alla seconda, della*

segonda alla terza fin alla carta da mezzo di chiascun quinternio. e da puo se dice el cominciamento dell altro quinternio per ordine incomincio a *doncha e dico che el primo quinternio*, *el quale a nome* a. *cioe* a etc.

De hoc singulari registro, vide *Recherches sur l'origine des signatures*, *impr. Paris* 1783, *pag.* 11.

In *risposta* autem *del Dante a ser Brunetto*, legitur Typographi nomen his verbis:

Quivi mi occorse Girardo Flandrino.
D'ingegno et arte zeusi non vo dire
Ma piu che el gran Thooth ꝑ dio dire
Tua voglia con sua arte vol finire
Siche mille per un thesor si trovi etc.

Caret signat., num. et custod.; in indice tamen folia numerata supponuntur. Constat foliis 125. Character est gothicus. Hujus habuit notitiam Debure, *Bibliograph. instr.* N°. 4082; sed ad Typographi nomen non advertit nec Maittaire, nec Apostollo Zeno, *Biblioth. della eloquenza ital.*, *tomo secundo*, *pag.* 320. Sed amplior suppeditatur notitia in *memorie per servire alla storia letteraria per il Valvasense in Venetia*, *tom. XI*, *pag.* 324.

Ejus tamen exemplar videtur fuisse imperfectum, dicens constare 124 foliis; nostrum enim habet 125. Videndus Argelati, *Biblioth. de Volgarizati Tomo II, pag.* 211.

Brunetto Latini obiit in fine decimi quarti sæculi. Thesaurum hunc (verè thesaurus est usuum et scientiarum illius sæculi) in idiomate gallico scripsit, licèt Italianus fuerit et magister Dantis poetæ, id probantibus manuscriptis catalogi la Vallière N°. 1467; præcipuè *Bibliothecæ Genevensis*, N°. 160. Quis autem in Italianum transtulerit, certò non constat.

13 Joannis Calderini repertorium juris. In-fol. Tomi duo, m. r.

Tomus primus terminatur cum *Kierie leyson*, et sine titulo incipit.

Secundus incipit verbo *labor*, et terminatur sic: *divini ac humani juris res tam supñas q3 subtñas bñ disponẽtis repertoriũ disertissimi doctoris Caldrini ꝑ ĩmpssm̃ pm̃o Ydus Decemb.* M. CCCC, LXXIIII, *feliciter explicit.*

Caret titulis, signat., numeris ac custod.; et idem est character quo usi sunt Frider. Biel et Michael Wensler in *epistolis Gasparini Pergamensis.* Cum ℣ singulari. Vide Braun, pag. 166.

14 Vocabularius utriusque juris. In-f. m. r.

Incipit ab his verbis : *quoniā juris operam*, et terminatur sequentibus : *finit vocabularius juris utriusque*. Columna prima constat 46 lineis, et ultima quæ est secunda folii ultimi ex 16. Character verò idem est ac ille quo Basileæ usus est Wensler pro *Calderini repertorio juris*.

Caret signaturis, num. et custod. Vid. Braun, pag. 57, dicentem *de auctore hujus operis planè incognito multum hariolari nolo, et de rarissimâ hac editione altum est apud bibliographos silentium*.

15 Domitii Calderini Veronensis commentaria in Marcum Valerium Martialem cum defensionē et Commentariis in Ibim Ovidii. *Impressi enim sunt Venetiis arte et ingenio diligentissimi impressoris Jacobi de Rubeis natione Gallici. Anno salutis* M. CCCC. LXXIIII, *Idibus Septemb. Nicolao Marcello duce Venetiarum*. In-fol. m. r.

Caret signat., num. et custod. Commentariorum in *Ibim* Ovidii pars occupat 14 folia. Debure N°. 2819 refert unam editionem Venetam, hujus anni, ab hac diversam.

16 M. T. Ciceronis Philippicæ. *Venetiis*, *Joann de Coloniâ* 1474. In-4°.

In fine legitur : *M. Tullii Ciceronis in M. Antonium orationes que philippice nuncupantur : cura et sollicitudine Johannis de Colonia Agripinensi necnõ Johannis Manthē de Gherretshem Venetiis impresse : eaꝝ finem cuiq; hic prestant* M. CCCC. LXXIIII. Folia signantur.

17 Cronica quæ dicitur Fasciculus temporum (Vernerii Rolevinch ordinis Carthusiensis.) *Impressa est Colonie Agrippine per me Arnoldum Therhuernen sub annis dñi* M. CCCC. LXXIIII. In-fol. m. verd.

Sequuntur insignia Typographi. Vide catalog. la Vallière N°. 4552. In hac editione folio ultimo legitur : *artifices mira celeritate subtiliores solitò fiunt*, *et impressores librorum multiplicantur in terra*. Cujus textûs occasione, observandum primam esse hanc editionem *Fasciculi*, in quâ mentio fiat inventæ hujus artis, absque eo quòd Moguntia aut Argentina nominentur. Quod factum est primò in editione *anni* 1479, apud Quentel. In *Spirensi* enim 1477, renovantur

tantùm verba editionis *anni* 1474, sicut et in eâ Venetâ apud Ratdolt *anni* 1480, et in Lovaniensi *anni* 1476. Hac observatione corrigenda erunt quæ allegantur a Meerman, *origin. Typograph. Tomo secundo*, *N°. VII et XXIV documentorum*.

18 Dita mundi componuto per Fasio di Gluberti da Firenza. *Stampato in Vicenza da Leonardo di Bazilea* 1474. In-fol. vélin.

In fine legitur: *compiuto fui un mese in vernatale mille setanta quatro. e quatro ciento regnante Marcho Col le sue grandale non haveva phebo ancor el giorno spento.*

Sub duplici columnâ imprimitur cum charactere minuto sed rotundo. Absque num., custod. et litteris majoribus, sed cum signaturis. Extabat apud la Vallière N°. 3610, et apud Crevenna, cujus descriptionem suppeditat etiam S. Leger, *in suâ epistolâ tertiâ ad Baron. de Hess*, *pag.* 23. Constat autem ex 106 foliis.

19 Fiore di virtu che tratta di Tutti i vitii humani............. Et come

si deve acquistare la virtu. *Fui rinovato nel mile quatro cento setanta quatro nel Beretin convento de la cha grande de lalma Venesia.* In-4°. vélin.

Ex 75 foliis. Vide Debure N°. 1335. Caret signat., num. et custod. Opus pertinet ad Fratrem Cherubinum ex ordine Minorum, qui floruit circa 1468. Wading, *annal. Tom. XIII, pag.* 334, exponit quid per *la cha grande*: intelligi scilicet conventum Minorum conventualium Venetiis; et per *Beretin*, habitum cinerei coloris, quo Venetiis utebantur dicti religiosi.

20 C. Valerii Flacci Setini Balbi Argonauticon libri. *Bononiæ impress. per me Ugonem Rugerium et dominum Berthocum Regienses anno domini M. CCCC. LXXIIII. die septima madii. Laus Deo Amen.* In-fol.

Editio princeps. Caret num., signat. et cust. In hoc autem exemplari IV folia ultima, satis tamen accuratâ manu suppleta sunt. Vide Debure N°. 2807.

21 Formularium instrumentorum pro materiâ ecclesiasticâ ac beneficiorum. In-fol. m. r.

In fine legitur : *opus hoc magno gravissimoque labore congestum summi opificis gratia pro utilitate et commodo illorum qui non solum notariatus artem scire laborant ; sed etiam qui principum majorumque vestigia indagari conantur. Laudesque gloriam et honores inde cupiunt suscipere ad finem redactum est , ob institutionem eorum qui impensas studiumque imposuere impressoribus et magistris Johanni Nicolai Hanheymer de Oppenheym et Johanni Schurener de Bopardia multa adijci possunt pro arbitrio. Immensum quippe foret que ad officium hm̃oi pertinent brevi volumine perstringere. Studens igitur offitiosus animum mentem que adhibeat*: *Romæ XXV Novembris. Anno salutis* M. CCCC. LXXIIII , *sedente Clementissimo sixto papa quart. anno ejus felici quarto.*

Memento mori.



Sic subscriptionem sequitur triplex figura capitis mortui , quorum insignium Typographicorum mentionem

mentionem omisit Audiffredy, dùm ibi (pag. 167) ineptiis styloque insulso loquitur de eo quod ignorabat. Referendo hæc insignia, utiliùs se gessisset quàm exhibendo figuram eorum Sixti Russingeri *figurâ nempè quartâ*. Redactor verò *catalogi* Crevenna N°. 1453, certiori ac politiori criticæ innixus accuratiorem exhibuit descriptionem.

Iidem Typographi unicum caput mortuum incidi curaverunt anno 1475, *in historiâ Bohemicâ* Æneæ Sylvii.

Folio verso extat registrum quinternionum: caret signat., num. et custod., et constat 246 foliis.

22 Gregorii IX decretales cum commentariis, per venerabilem virum magr̄m Georg. Laur de Herbipoli. *Rome impressum anno dn̄ni M. CCCC. LXXIIII, die verò sabbati quintâ mensis Novembris*, etc. In-fol. m. r.

Character gothicus; absque signat., sed cum registro quinternionum. Vide Audiffredy.

23 Joann. Gerson conclusiones de diversis materiis. In-fol.

Henrici de Gorichem tractatus de predestinatione et reprobatione.

In fine legitur: *ano dñi* 1474.

Ejusdem tractatus de symonia circa sepulturas accidente; et Joan. de Mechlinia determinatio quodlibetica.

Jacobi Carthusiani opus de valore et utilitate missarum pro defunctis.

In fine legitur: *et sic est finis hujus operis anno* 1474. Quinque subsequuntur paginæ quarum ultima sic terminatur cum 25 lineis: *explicit determinacio............ Magistri Joh. de Mechliniâ in quotlibet.* Primum opus numerato indice est 17 foliorum; secundum, tertium et quartum ex 19 foliis, et ultimum ex 9. Hæc opuscula sunt ex charactere Conradi Fyner.

Index operis Joann. Gerson eodem modo perficitur ac ille qui extat in fine libri quarti *de doctrinâ christianâ Augustini*, ex editione Mentelini. De his opusculis nihil apud bibliographos reperi.

24 Herodoti historiarum libri IX ex versione Laurentii Vallæ. *Venetiis per Ja-*

cobum Rubeum, *anno* 1474. In-fol. m. r.

Vide Debure, N°. 4742; sed corrige dicta de epistolâ dicatoriâ, quæ non tribus, sed quatuor constat foliis. Caret signat., num. et custodibus.

25 Hierocles in versus aureos Pythagoræ ex versione Aurispæ. *Impress. Patavii Bartholom. de Valde Zocchio*, 1474, *XV Kalend. Majas.* In-4°. m. r.

Editio princeps et elegans: vide *Bibliograph. instr.* N°. 1251.

26 Homeri Illias Latine vertente Laurentio Valla. *Impr. Brixiæ Henricus Coloniensis et Statius Gallicus* 1474. *VIII Kal. Decembris.* In-fol.

Absque signaturis, numeris et custodibus. Præmittuntur paginæ tres præfationis Justiniani Luzagi ad Bernardum Justinianum. Vide Debure, N°. 2507.

27 Henrici Herp speculum decem præceptorum. *Moguntiæ Schoyffer* 1474. In-fol. Tom. II. m. r.

In fine legitur : *Speculi aurei decem p̄cep-roꝝ dei fratris Henrici Herp oꝛdinis minoꝝ de obseruātia opus preclaruꝫ in nobili vrbe Magūcia quā imprimēdi arte ingeniosa gratuitoqꝫ dono gloꝛiosus deus plus ceteris terraꝝ nationibꝰ p̄ferēs illustrare dig̃tus ē. nō atramēto plumali ereaqꝫ penna cannave. sꝫ ad inuentione quadā perpulcra ꝑ honorabilē virū Petruꝫ Schoyfher de Gernsheym feliciter est consūmatū. Anno dominice incarnacōis millesimo quadringentesimo septuagesimo quarto. mensis Septembris Idus quarto.*

Præest tabula 11 foliorum, et subscriptio terminatur insignibus Typographi rubri coloris. Vide Wurdtvein, *Biblioth. Moguntin. pag.* 109.

28 Horatii carmina. In-fol.

In fine legitur : *Anno a natali Christiano* 1474, *die* 16 *martii divo galeacio . . . . . Antonius Zarothus Parmensis cuncta opera Quinti Horatii Flacci Venusini non indiligenter emendata. s. carminum libros IIII. Epodon. carmen sæculare. de arte poetica librum I. sermonum libros II. epistolarum libros II eleganter atque fideliter impressit.*

Quisquis hæc coemerit, nunq̄ pœnitebit.

Caret num., signat. et custod. Exemplar elegantissimum et accuratè collatum. Vide Debure, N°. 2712.

29 Lactantii opera. *Romæ, Udalricus Gallus et Simon Nicolai de Luca* 1474, *die verò XII Februarii*. In-fol. m. r.

Præmittitur epistola Joannis Andræ, anni 1470, et sequuntur index librorum ac capitulorum et errata Raudensis, quæ occupant 13 folia. Sequitur deindè folio 14 epistola Angeli Cnei Sabini poetæ laureati ad Episcopum Brixiensem, in quâ se editorem hujus novæ editionis affirmat; et in hac Udalricum Gallum ac Simonem de Lucâ, nobiles ac singulares opifices ipsum rogasse ut Lactantii codices revolveret, et præcedentes editiones in quibusdam locis depravatas ipsum reperisse.

Folio 15°. incipit textus: terminatur verò subscriptione singulari, de quâ vide catalogum Smithianum anni 1755.

Caret signat., num. et custod; sed in fine extat folium registri quinternionum. In hac editione desideratur adhuc Nephytomon. Vide Crevenna, N°. 417.

30 Omniboni Leoniceni grammaticæ li-

bellus de octo partibus orationis, ad Federicum de Gonzaga. In-4°. m. r.

Folio verso legitur : *Finis* M. CCCC. LXXIIII. *die* XIIII *mensis Januarii*; *Patavi.*

Adhuc aliquot apparent in foliis fragmenta signaturarum a compactoris instrumento relicta.

31 Omniboni Leoniceni Vincentini V. Clarissimi de octo partibus orationis. In-8°.

In fine legitur : *liber per Albertũ de Stendal impressus anno dñi* M. CCCC. LXXIIII. *die* XIIII *mensis maij. Nicolao Marcello duce Venetiarum.*

Editio penitùs diversa ab alterâ anni 1474, licèt character idem videatur. Signaturas nunquam habuit hæc editio. Igitur Patavii bis in anno fuit impressum opus præsens : sed editio hæc non est nisi secundâ, rarior tamen alterâ, vixque est cognita.

32 Ludolphi Carthusiani, vita Christi. *Impr. anno domini* 1474. In-fol. m. r. Tomi duo.

In fine legitur : *Et sic est finis hujus operis vita cristi nuncupati et a quodā Religioso fratre Ludolpho ordinis Carthusiens'. Montis Beate virginis extra civitatē Argēn. Monacho magnoq; et precellenti theologo cōpilati cui deus in premium presentis laboris et omniū ꝑ eum benefactorū et malorum sustentorꝝ requiē et sempiternū gaudiū misericorditer impendere dignetur. impressū Anno dn̄i* 1.8.A.8.

Opus tria sequuntur folia indicis. Prodiisse communiter creditur apud Carthusienses Argentinenses. Ex charactere Eggestein ; absque signat., num. et custodibus.

33 Ludolphi Carthusiani, vita Christi. *Impr. Coloniæ apud Goltz de Scelestat* 1474. In-fol. Tomi duo, m. r.

In fine legitur : *Gratias domino altissimo ad vitam xp̄i ihesu ejus filio. Hic in scā colonia termino Philippi Jacobiq; profestó.* J8A8. *Ihesu incarnacōis anno.* Quibus verbis adjunguntur insignia Typographi.

Caret signat., num. et custod.

34 Valerii Martialis epigrammata cum commentariis Domitii Calderini. *Impr.*

Romæ Joh. Gensberg 1474, *die* 22 *Martii.* In-fol.

Præeunt septem folia, tam præfationis et pro'egomenorum Calderini, quàm vitæ poetæ. V.de Debure. N°. 2818.

35 Modestus de re militari, magistratibus urbis, et sacerdotiis, nec non et Suetonii de grammaticis liber. In-4°.

In fine legitur : *Impressus opa et impendio Bartholomei Cremonensis ac Bartholomei de Carlo Vercellensis ejus consocii Venetiis die* XXVII *madii* 1474.

Editio princeps. Exemplar elegans.

Caret signaturis, numeris et custodibus.

36 P. Ovidii Nasonis opera omnia. *Venetiis.* In-fol. Tomi tres.

In fine legitur : *Hujus opera omnia Medea excepta : et triumpho Cæsaris : et libello illo pontica lingua composito : quæ incuria tempoꝝ perierunt : Jacobus Rubeus natione gallicus honestissimo loco natus ad utilitatem uiuētium necnon et posteroꝝ impressit.*

Nicolao Marcello Duce inclyto Venetiarum.

M. CCCC. LXXIIII. Vide Debure, N°. 2746. In tomo secundo deficit folium primum quod continet epistolam primam Heroidum, licèt aliundè completum sit exemplar.

37 Liber Perche, seu de homine cujus sunt libri duo. Primus tractat de conservatione sanitatis: secundus de causis hominem constituentibus. In-fol.

In fine legitur: *Finis laus Deo Amen. Bononiæ impressum per me Ugonem Rugerium et Dominum Berthocum Regienses. Anno dom.* M. CCCC. LXXIIII, *die prima Julii.*

Opus italicè componitur, sed præmittitur epistola latina auctoris (Hieronimi Manfredii) ad Joannem de Bentivolio, quam sequuntur XI folia indicis questionum, sub hac voce: *Perche.* Folia in indice numerata supponuntur, licèt non sint. Character est rotundus; absque signat., num. et custod. Neque in columnas paginæ dividuntur.

Constat editio hæc princeps et rarissima 97 foliis. De libro hoc et infortunato ejus auctore, vide Beyer, *Memor. libr. rarior. pag.* 264.

38 Caii Crispi Salustii opera. In-4°. majori.

In fine legitur : *Venetiis fuere impressa ductu et impensa Johãnis Coloniæ Agripinẽsis* : *necnon Johãnis Manthen de Gherretshem qui una fideliter vivunt. anno a natali Christi* M. CCCC. LXXiiii *die* xxiii *Martii.*

Nondùm habet signat.; benè verò custodes.

39 Joannis Scoti scriptum super secundum sententiarum, edente Thomâ Penchet. *Impr. Venetiis Albertus de Stendael* 1474. In-fol. m. r.

Cum signaturis. In orâ marginis dextræ adhuc quædam observantur signaturarum reliquiæ, quod probat jam fuisse Typographorum intentionem eas levari ab artifice in compingendo volumine. Præest folium indicis. Caret custod. et num.

Tractavi Patavii, apud Canonicos, *Scotum* in tertium librum Sententiarum, in cujus fine legitur : *Quem magister Johes de Reno impressit.* M. CCCC. LXXIII. In-fol.

40 J. Scoti Quodlibeta. *Impr. Albertus de Stendael* 1474. In-fol.

In hoc signaturas non observavi. Vide la Vallière, N°. 548, et adde extari debere in fine quinque folia indicis.

41 Terentii comediæ. In-fol.

Præmittitur Terentii vita ex commentariis Donati, et hæc occupat folium primum cum octo lineis sequentis, et cum tertio incipit *Andria.* In fine verò folio verso legitur : *finis* M. CCCC. LXXIIII, *pridie Nonas Augusti.* Sub hac anni et mensis notâ Maittaire refert hujus auctoris editionem. Sed ibi pag. scilicèt 330, dicit esse sine distinctione versuum quod huic adaptari nequit.

In inferiori priorum foliorum parte adhuc quædam signaturæ videntur, dùm alias levavit compactoris instrumentum. Extabat apud la Vallière N°. 2573 ; sed in illo exemplari nihil supererat ex signaturis. Extabat etiam apud Smith.

42 Thomæ de Aquino postilla in Job. In-fol.

In fine legitur : *explicit Anno millesimo quadringentesimo septuages. quarto, per discretum Conradum Fyner de Gerhusen artis impressorie magistrum.*

Absque signat. Quatuor indicis capitulorum folia præcedunt opus ipsum, quæ deerant in exemplari quod descripsit Seemiller, *parte primâ*, *pag.* 62.

43 Joh. de Turrecremata expositio brevis super toto psalterio. *Moguntiæ Schoyffer* 1474, *tertio Idus Septembris*. In-fol. m. r.

In fine legitur : *reverendissimi Cardinalis ! tituli Sancti Sixti domini Iohannis de Turrecremata ! expositio breuis et vtilis super toto psalterio Mogūtie impssa ! Anno dñi* M. CCCC. LXXIIII. *Tercio Idus septembris ꝑ petrū Schoyffer de Gernſʒhem feliciter est consūmata.*

Sequuntur insignia Typographi quæ simul et subscriptio rubro charactere impressa sunt ; et duxit miniator lineas ejusdem coloris ab unâ parenthesi ad aliam, verba textûs Davidici dividentem a commento. Character idem quo usus est Schoyffer pro *bibliis anni* 1462. Schoyffer folia erratorum non postponebat suis editionibus, quia miniatoris manus, in decursu operis, correctoris vices gerebat. Sic, verbi gratiâ, in psalmo 93 *Deus ultionum Deus*, ad hæc verba : *et vos stulti aliquandò sapite* ;

legebatur : *stulte* ; undè miniatoris calamus litteram *e* cooperuit atramento rubri coloris , et *i* supplevit.

Litteræ capitales sunt ex eodem genere quod vocant *lettres cadaux*.

5 * S. Antonini summæ pars secunda cum duobus foliis indicis. *Impr. Venetiis per Franc. de Hailbrun et Nicolaum de Frankfordiâ socios* 1474. In-folio.

Gothicè , absque signaturis , num. et custod. Vide Denis N°. 195.

Libri sub anno 1475.

1 Aristotelis problemata cum Commentariis Petri de Ebano Paduani ex editione Stephani Illarii Medici Mantuani. In-fol. m. r. Chartâ maximâ.

In fine legitur : *hanc expositionem edidisse Petrum Paduanum nullo prius interpretante, inceptam fuisse Parisiis et terminatam Paduæ anno* 1310.

Impressa Mantue sub divo Marchione Ludovico Mantue secundo per me Paulum Johannis de Puzpach Almanum Maguntin. dyæcesis sub anno Jubilei M. CCCC. LXXV.

Operi præmittuntur quatuor folia indicis, et *Epistolæ Stephani Jllarii.*

Character gothicus : absque signat., num. et custod. Editio prima cum commento.

2 Aristotelis problemata ex versione Theódori Gazæ. In-fol.

In fine legitur : *Rome impressa per Johannem Reynard de Eningen quæ Theodorus Gazes Tessalonicensis olim e greco in latinuz convertit. eaque nuper ultima emendatione*

emendavit sub Sixto IIII. pon: max: absoluta sunt A M CCCC LXXV, XIIII *Calend. Junii feliciter. Laus deo.*

Operi præmittitur *præfatio Nicolai Gupalatini Veneti ad Sixtum IV Pont. max.* Character romanus; absque signat., num. et cust. Fol°. verso subscriptionis extat registrum quaternionum. Vide David Clément, *tomo secundo, pag.* 218.

3 Sanctus Augustinus de civitate Dei. *Venetiis Jenson* 1475, *sexto nonas Octobris.* In-fol. m. r.

Absque signaturis. Character gothicus. Litteræ principales auro et coloribus depictæ sunt, et in parte superiori folii primi, in medio tituli legitur: *Nicolaus Jenson Gallicus.*

Vide la Vallière N°. 451.

4 Sancti Augustini confessionum libri XIII. In-4°.

A textu retractationum S. doctoris incipit, cujus pagina prima est 26 linearum, et in fine, folio verso, charactere capitali legitur: *Aurelii Augustini confessionum tertius decimus atque ultimus liber explicit. Deo gratias.*

Et folio sequenti recto :

Qm̄ lætum Augustina ferat confessio foetum
Præsens fratre refert pagina pressa suo.
Theutonicis delatus enim bonus ære Johannes
Hoc Mediolani fertile pressit opus.

Anno incarnationis Domini M°. CCCC°. LXXV°. XII. Kalendas Augusti.

Desiderantur custodes, signat., numeri, etc. Editionis hujus memorantur Pinelli catalog. N°. 543 et 544, et Saxius *Tom.* 1°. *Biblioth. Mediolan. pag.* 563 ; sed infelix eorum de Typographo conjectura. Romæ in Musæo Pontificis Pii VI tractavi librum ejusdem characteris elegantis, cujus erat Typographus idem Johannes Bonus, cujus sic se habet titulus : *Boetii consolatio philosophiæ, impr. in Savona in conventu S. Augustini per Fratrem Bonum Johannem emendante Venturino priore. Anno* 1474. In-4°.

Hujus editionis a nemine, quod sciam, mentio facta fuit. Savonam igitur introducta fuit Typographia ab anno 1474., ab uno ex ordine S. Augustini, et in ipsius monasterio.

5 Spiritualis quadriga compositus per Fr.

Fr. Nicolaum de Auximo ordinis Minorum, de Osservantiâ. In-4°.

In fine legitur : *Imprexũ per magistrum Phedericum de Comitibus de Verona. in civitate Esii anno* M. CCCC. LXXV. *sexto Kľs Novembris.* Constat ex 175 foliis. Unicam habent paginæ columnam ; signaturæ etiam ac numeri desiderantur et custodes.

Unitur huic, ex eodem omninò charactere, *Perdonanze de tera sancta in Jerusalẽ le q̃le scrise prete Battolome chanonicho de puola, el q̃le ãdo uixitare lo sancto sepulcõ*; ex 9 paginis, quarum ultima habet 26 lineas quæ terminantur sic : *explitit liber.*

Opera hæc ignorantur a Wading et etiam Dominico Mansi, in *novâ Fabricianæ Biblioth. editiône.*

Anteà jam in *specimine* meo *de Romanâ typographiâ* retuli, *pag.* 99, librum unum impressum in eâdem civitate Aexii, *impressore magistro Federico Veronensi*, *anno* 1473, *die quartâ Octobris*, quod priùs a nemine observatum fuerat. Verisimile est igitur ab eodem typographo vulgatam fuisse *quadrigam Nicolai.* Tractavi etiam Veronæ *poetam Dante*, impressum in nominato loco, anno 1472, ab

hoc *Federico Veronensi*, in-fol°., et quidem ex hoc eodem charactere quo hæc *Quadriga spiritualis.*

6 Summa Bartholomei de Sancto Concordio ordinis Predicatorum, in Pisanâ civitate edita. In-fol. m. r.

In fine legitur : *explicit summa de casibus conscientiæ sm̄ Fratrem Bartholomeum de Pisana ordinis Fratrum Predicatorum anno dn̄i* M. CCCC. LXXV.

Hoc opus consummatum est in civitate Pisanâ per eumdem Fratrem Bartholomeum de sancto Concordio.... anno dom. 1338. Prædictus autem frater obiit 1347.

Litteræ principales ligno incisæ sunt. Folia Romanâ methodo numerantur ; et sunt 190. Character vix gothici nomen meretur (*Summæ* tamen, ut aiunt.) Post duo indicis folia, reperitur una methodus legendi abbreviatos terminos in decursu operis ; quod huc usque in decimi quinti sæculi libris compertum non fuit.

Characteres ex eodem sunt genere ac simillimi illis quibus, anno 1472, usus est Augustæ Ginther Zainer in impressione *figu-*

rarum Isidori Hispalensis de responsione mundi. Quis autem anno 1475 usus fuerit illis? ignoro, cùm tunc excesserit dictus Zainer.

7 Sancti Bernardi sermones. *Moguntiæ Schoyffer* 1475, *die decimâ quartâ Aprilis.* In-fol. m. r.

Ex eodem charactere quo *Biblia* annorum 1462 et 1472. Absque signat., numeris et cust. Post subscriptionem extant insignia Schoyffheri rubro colore. Vide Wurdtvein, *Biblioth. Moguntinæ pag.* 110.

8 Biblia sacra Latina. *Anni* 1475, *ex charactere Richelii.* In-fol. Tomis duobus. m. r.

Tomus primus desinit cum psalterio et quartâ columnâ, quæ est 46 linearum, quarum ultima sic habet: *et sic est finis.* Titulus imprimitur charactere rubro; et hoc numerato prima columna habet 47 lineas, cæteræ verò 48 et 49. Litteræ principales in decursu totius operis incisæ sunt, sicut tituli librorum in summitate paginarum; sed ex eodem charactere quo textus, in quo discrepat ab *edi-*

tione absque anni notâ, et etiam anni 1477, ubi capitali charactere formantur.

Tomus verò secundus desinit cum tertiâ columnâ Apocalypsis, cum 48 lineis quarum ultima sic habet: *et sic est finis* 18A5.

Ad discrepantiam *editionis anni* 1477, Richel non adjecit *epistolam Menardi.* Jam concordantiæ novi Testamenti cum veteri ad margines editæ sunt. Bernardus Richel ante annum 1478, jam ediderat vicibus quatuor *Biblia sacra*, cujus non habetur in totius typographiæ nascentis decursu exemplum aliud, si *Coburgerum Nurembergensem* excipias.

9 Biblia sacra Latina. *Nurembergæ Koburger* 1475, *ipso die Sancti Otmari confessoris*, *XVI Novembris.* In-fol. Tomi duo. m. r.

Caret signat., num. et custod. Litteræ omnes principales eleganter depictæ sunt.

Exemplar elegans. Vide Crevenna, N°. 71. Accuratè describitur apud de Murr, *memorabl. Biblioth. Nuremberg.*, *parte primâ*, *pag.* 361.

10 Joan. Chrisostomi sermones XXV, unà cum ejus epistolâ ad monachum

Theodorum (ex versione Christophori Personæ.) In-4°.

Folium primum refert registrum foliorum, secundum epistolam ad Marcum Barbo, Cardinalem Sancti Marcii, cujus folio verso legitur: M. CCCC. LXXV *die duodecimo Maij ex officina Baldaseris Azzoguidi civis Bononiensis.*

Sequitur index octo foliorum; et opus terminatur folio recto cum 16 lineis. Volumen est 109 foliorum. Ex charactere eleganti: absque signat., custod. ac num. Litteræ principales auro et coloribus depictæ sunt. Vide Denis, N°. 300.

11 M. Tullii Ciceronis epistolæ familiares. *Impr. Janson Venetiis* 1475. In membranis. In-4°. vélin.

In fine legitur: *Opus M. T. Cicerōis epistolaꝝ familiariū a Nicolao Iēnson gallico uiventibus: necnō & posteris īpressū fœliciter finit.* M. CCCC. LXXV.

Primum folium et litteræ principales auro et coloribus depictæ sunt.

Exemplar elegantissimum. Caret signat., num. et custodibus.

12 Val. Catulli, Albii Tibulli, Sexti Aurelii Propertii carmina, et P. Papini Statii silvæ. In-fol.

In fine elegiarum Propertii legitur: *Propertii Aurelii naute poetæ finis. 1475.*

Catull. Tibulli. Pro̧ptii. & liber Silvaꝝ Statii Papinii ĩ isto volumine cõtinet. et ĩpressi sũt opere et impensa Iohannis de Colonia: et Iohannis Manthẽ de Ghersem qui una Veneciis fideliter viuunt.

Vitæ Catulli et Propertii præeunt uniuscujusque carminibus, et Statii *Silvis* præest prohemium ad Stellam. Cum *Tibullo* incipit volumen, et observantur in *Catullo*, *Propertio* et *Statio* signaturæ quibus caret *Tibullus*, in quo manuscriptæ habentur. Suspicor deficere folium in *Catullo*.

13 Jacobi de Clusa ordinis Carthusiensis de apparitionibus, et receptaculis animarum exutarum. In-fol.

In fine legitur: *impressus in opido Burgdorf anno dñi millesimo quadring. septuagesimo quinto.*

Subscriptionem hanc sequitur ordo foliorum, seu registrum. Constat 26 foliis; absque signat.

et custod. Vide Maittaire pag. 356, et la Vallière N°. 1431.

14 Justiniani codex cum Commentariis. In-fol. m. r.

In fine legitur subscriptio charactere rubro: *Anno nativitatis xp̄i* M. CCCC. LXXV, *ad* VII *Kal̄edas Februarias. . . . . . . in nobili urbe mag̃ūcia nō atram̄eti calamo canāue s3 arte imp̄soria. . . . . Petrus Schoiffer de Gernsheim suis consignando scutis feliciter consummavit. Laus Deo.* Et sequuntur insignia.

Editio princeps. Vide Wurdtvein, *Biblioth. Mogunt.*, *pag.* 110. Subscriptionem sequuntur duo folia indicis.

15 Codicis Justiniani principis repetitæ prælectiones una cum Commentariis Andreæ Rumelii Juris utriusque doctoris. *In Nurembergâ*, *jussu Andreæ Frisner Brunsidelensis et Joannis Sensenschmid civis Nurembergensis*, *die* 24 *Junii* 1475. In-fol.

Post subscriptionem sequuntur insignia typographica. In principio extat index et epis-

tola Rumelii ad Typographos. Caret signat., num. et custod.

16 Cronica quæ dicitur catena temporum seu rudimentum Novitiorum. In-folio. m. r. Tomi duo cum innumeris figuris.

In fine legitur:. *Anno 1475, die V Augusti nobili in urbe Lubicana arte impressoria per Lucam Brandis de Schafz feliciter est excusum.* Vide Debure, N°. 4319, ubi integra subscriptio refertur. An hujus auctor sit Joan. Columna, aut Brochart, aut Petrus Comestor, adhuc certò non constat, nec etiam de ejus translatione in linguam Gallicam. Unde præsens opus meretur ampliorem dissertationem quæ foret extrà limites unius catalogi.

Rarissima hæc editio extabat apud la Vallière; sed videtur imperfectum fuisse ejus exemplar. Constat autem 434 foliis opus, et index habet 28, in cujus fine extat subscriptio.

Priora undecim folia incisa et miniata exhibent tabulas chronologicas et genealogicas sex partium, seu ætatum in quas totum dividitur. Auctor perduxit historias usque ad annum ipsum 1475.

17 Diogenes Laertius de vitis philosophorum ex versione Ambrosii Camaldulensis. *Impr. Venetiis Janson* 1475, *die* 14 *Augusti.* In-fol.

Caret signat., num. et cust. Vide Debure, N°. 6077. Non tria tamen tantùm folia operi præmittuntur, sed quatuor. Epistola Brognolii duo occupat, unum epistola Ambrosii Camaldulensis, et aliud index *vitarum.*

Prima hæc est editio cum anni notâ. Venetiis vidi apud Sanctum Michaelem in Murano alteram absque anni notâ, quæ antiquior apparet eâ anni 1475.

18 Durandi rationale divinorum officiorum. In-fol. m. r.

In fine legitur: *Ronalis pns divinorum officiorum liber capitalium decoratus venustate ast rubricationibus accuratius distinctus per discretum Johannem Zainer ex Reutlingen procreatum urbe Ulm commorantem cum diligentia impressus. Cum trinitatis summe et indiuiduæ adjutorio consummatus anno dñi millesimo quadringentesimo septuagesimo quinto, die XVIII Martii.*

Columnæ habent 50 lineas. Litteræ majores

excuduntur : sed desiderantur signat., num. et custodes. Vide Crevenna, N°. 286.

EXEMPLAR ELEGANS.

19 Pompeii Festi Collectanea priscorum verborum. In-fol.

In fine legitur : *Collectanea arrogantissimi Pompei Festi priscisque verbis promulgata a Joanne Reynard de Enyngen Constantiensi impressa Romæ sub Sixto IIII Pont. Maxi. anno sed nedum salutis ejusdem absoluta saluberrime extiterant A. D. M. LXXV Calend. verò octobris.*

Caret signat., num. et custod. ; sed folio verso subscriptionis est registrum quaternionum. Editionem hanc curavit Manilius. In subscriptione omissi sunt numeri centenarii.

20 Summa Galensis alio nomine comuniloquium veritatis. In-fol.

In fine legitur : *Anton. Sorg oppidanus Augustensis artificialiter effigiati legis gratie anno* 1475. *laus summo principi ejusque gloriose genitrici.* Absque signat.

Litteræ principales ligno incisæ, sicut tituli in summitate impressi sunt. Sed folia duo pen-

na supplevit. Vide Denis, N°. 311. Huic adjungitur sequens :

Guilelmi (Peraldi) Episcopi Lugdunensis opus de fide et legibus. In-fol.

Hujus character pertinere videtur ad Ginther. Zainer Augustan. typograph. Paginæ habent 43 lineas. Tituli in summitate paginarum imprimuntur, sed signaturæ desiderantur.

21 Dialogi di S. Gregorio Papa. *Impr. Venetiis, Joh. de Coloniâ* 1475. In-fol.

Folia signantur. Sed post subscriptionem sequitur *Vita di San. Gregorio*, sex foliorum. Vide Paiton *authori Volgarisat.*, *tomo* 2°. *pag.* 171, ubi distinguitur accuratè ab alterâ *ejusdem anni Venetianâ.* Vide la Vallière, N°. 510.

22 S. Gregorii Homeliæ et Origenis Presbiteri. In-fol. m. r.

In fine legitur : *Sub anno dom. millesimo quadringent. septuag. quinto in die sabatto post conceptionis gloriose Virginis Marie. Deo gratias.*

Absque signaturis et custodibus. Columnæ

habent 38 lineas. Homeliæ Origenis constituunt 26 folia, et in eorum fine legitur allata subscriptio. Character verò pertinere videtur ad Nicolaum Goltz.

23 Herodoti historiarum libri IX, ex interpretatione Laurentii Vallæ. In-fol. m. r.

In fine legitur : *impressus Romæ in domo nobilis viri Petri de Maximis* 1475, *die* 20 *mensis Aprilis*. Vide Debure, N°. 4743. Caret signat., num. et custod.; sed litteræ principales eleganter depictæ sunt.

24 Hierocles in versus aureos Pithagoræ ex versione Aurispæ. *Romæ in domo Petri de Maximis per Arnoldum Pannartz* 1475, *die* 21 *Septemb.* In-4°.

Sequitur registrum quaternionum. Vide *Bibliograph. instr.* N°. 1252.

25 Hieronimi vitæ Patrum. In-fol.

In fine legitur : *per clarissimum medicum philosophum dominum magistrum Pantalionem. perque Johannem Fabri Gallicum egregium artificem.*

de vitis sanctorum Patrum volumina in Casellarum oppido feliciter impressa sunt anno domini M. CCCC. LXXV. *Heroys Calidoney luce penultima mensis Augusti. Amen.*

Caret signat. , num. et custod. Character est gothicus. De hoc vide *Lezione del signor Vernazza sopra la Stampa* , *impr. in Cagliari* 1778 in-8°. *pag.* 27 , ubi probat ibi agi de Casellis propè Taurinum ; et de novo in suâ appendice *impr. Torino* 1787 , *pag.* 22, in-8°. Vide etiam Abbatem S. Leger , *Supplément à Prosper Marchand* , *pag.* 72.

Pro interpretatione harum vocum *Heroys Calidoney* , vide Lalande *astronomie* , *art.* 1235.

26 La vita e la fine del glorioso Sancto Hieronimo doctore excellentissimo. In-4°.

In fine legitur : M. CCCC. LXXV. *Petro Mocenico duce Venetiarum regnante impressum fuit hoc opus feliciter per Gabrielem Petri.*

Folia signantur , et character est elegans.

27 Historiæ Augustæ scriptores. Suetonius de XII Cæsaribus. Ælius Spartianus. Julius Capitolinus. Ælius Lam-

pridius. Trebellius Pollio. Flavius Vopiscus. Eutropius et Paulus Diaconus. In-fol.

In fine *Suetonii* legitur : *Mediolani impressum per magistrum Philippum de Lavagnia* 1475, *die* 20 *Julii*. Et hic habet suam signaturarum seriem. Sequuntur folia IV de exordio Nervæ et Trajani, quæ sub signaturâ A habentur; deindè sub novo ordine signaturarum sequitur index *vitarum* et eorum auctorum, qui unicum occupat folium; deindè Ælius Spartianus de vitâ Hadriani; et hæc pars, signata ab A ad S, terminatur folio verso cum *Paulo Diacono*. Sequuntur seorsim *Eutropius* et *Paulus Diaconus*, in quorum fine legitur : *informatum est hoc opus per magistrum Philippum de Lavagna anno a nativitate christi* M. CCCC. LXXV, *undecimo Kalendas Januarias Mediolani*.

Exemplar elegans ac registratum. Ubi notandum ex IV exemplaribus quæ mihi tractare contigit, hoc unicum exhibere signaturas, quia in inferiori parte paginæ extantes, fuere compactoris instrumento abscissæ.

His omnibus auctoribus est præmissa epistola Boni Accursii Pisani ad Simonettam, versus Ausonii in Suetonium, vita Suetonii per Cal-

derinum, quæ occupant quatuor folia; et sequitur *Suetonius*. Hæc dicta sufficiunt pro supplendo ac corrigendo *Bibliog. instr.* N°. 4950.

28 Jacobi magni sophologium. *Impr. Paris Martinus Crantz, Udalricus Gering, et Michael Friburger* 1475, *die prima Junii*. In-fol.

Accuratè imprimitur secundùm exemplar eorumdem Typographorum, quod vulgarunt priùs fine anni notâ.

Caret etiam signat., num. et custod. Vide la Vallière N°. 1285.

29 Juniani Maii Parthenopei liber de Priscorum verborum proprietatibus. In-fol. maximo.

In fine legitur: *impressere Mathias Moravus impressor solertissimus et venerabilis Monachus Blasius* M. CCCC. LXXV. Præest folium unum præfationis Junii Maii. Habet signaturas; character idem est ac *Senecæ*.

Editio elegans et originalis. Vide Maittaire et Debure N°. 2269.

30 Junii Juvenalis satyrarum libri, cum

Commentariis Domitii Calderini. In-fol.

In fine legitur : *impressi Venetiis diligentissime arte et ingenio Jacobi de Rubeis natione Gallici VIII Kal. Maias anno Christi* M. CCCC. LXXV. *Invictissimo et Inclyto duce Petro Mocenico.*

Textum Juvenalis comitantur Commentaria Calderini, et infra subscriptionem relatam legitur quòd illi Commentarii *editi sint Romæ, cum ibi publice profiteretur K. Septembris* 1474. Et folia decem sequuntur, quæ Calderini recriminationes contra Brothæum exhibent, in quorum fine legitur etiam quòd fuerint editi *Romæ K. Septembris* 1474. Caret signat., num. et custodibus.

31 Legende de Tutti li Sancti e le Sancte Dalla Romana sedia acceptati et honorati. In-fol.

In fine legitur : *impresse per Mæstro Nicolo Jenson Franzose regnante Sixto quarto pontifice maximo et Pietro Mozenigo inclyto duce de Venetia.* Sic terminatur volumen sine anni notâ : sed operi præmisit epistolam Nicolaus de Manerbi in quâ sub finem legitur : *questo etiam con silentio non e da passare. . . . come Nicolao Jenson ducente lorigine*

lorigine da la illustre generosa Gallia ; da poi li instaurati quasi infiniti divini et preclari volumi li quali per lantiquita erano stati deperditi et quasi extincti : el divino del quale fa se mentione volume delle legende di sancti vulgarizato : con mirabile ingegno et divina arte ha impresso et stampito hora con l'arte et industria sua a Tutti e manifesta etc... Hæc autem epistola data est apud *sanctum Mathiam de Muriano prope Venetiam anno millesimo quadring. septuag. quinto.*

Sequitur ad minus hoc anno 1475 fuisse typis mandatam.

Impressa est elegantissimis typis hæc legenda, quæ toto cœlo differt ab editione Venetâ *anni* 1476, sub nomine *di vite de Sancti Padri.* Editio enim Manerbiana in menses dividitur 12, altera verò in libros ; et prima est opus Joannis de Voragine translatum in Toscanam linguam per Malerby, dùm ad diversos pertinet secunda.

Exemplar elegans ac completum editionis rarissimæ.

32 Valerii Martialis epigrammata. *Venetiis Joh. de Coloniâ* 1475. In-fol.

Habet signaturas. Describitur apud Debure

N°. 2816 ; sed in hoc nostro non occurrunt ante subscriptionem hæc verba quæ extare dicit : *Raphael Zovenzonius Ister Vindelino Spirensi ob ejus incredibilem imprimendi solertiam DD.....* Hæc verba extant in editione primâ Vindelini de Spirâ, sed non video cur in hac Joannis de Coloniâ extarent.

Exemplar elegans.

33 Petri Nigri tractatus contra perfidiam Judæorum. In-fol. m. r.

In fine legitur : *explicit tractatus ad Judæorum perfidiam extirpandam confectus per Fratrem Petrum Nigri ordinis Prædicatorum........ qui et ipso corrigente impressus est per discretum et industrium virum Conradum Fyner de Gerhusen. In Eslingen Imperiali Villa et completus anno ab incarnat. dñi milles.* CCCC. LXXV, *die sexta Junii.*

Opus dicitur terminatum Ratisponæ anno 1474. Characteres Hebraici folio decimo apparent et primi sunt decimi quinti sæculi. Ex hoc libro colligitur, in Germaniâ sicut in Italiâ præfuisse sæpè Typographicis prælis correctores, quandò auctores ipsi munus illud non præstabant, et jam ab hoc tempore approbationes ab Episco-

pis expostulari. Sic enim in fine operis legitur: *ut autem opusculum hoc quod manu propria scriptum reverendissimæ paternitati tuæ* (Episcop. Ratisponensi) *corrigendum approbandumque obtuleram pluribus prodesse ac lacius divulgari possit. Diligentissime correctum arte impressoria in presencia mea figurari feci....... nulli itaque impressori opusculum hoc imprimere liceat nisi in linguis hebraica, latinaque correctorem habeat competenter instructum.*

Volumen hoc non parùm utilitatis affert pro antiquâ Typographiæ historiâ. Habet signâturas manu exaratas in orâ extremâ foliorum. Desiderantur custodes ac numeri; sed quædam litteræ principales incisæ sunt.

Exemplar elegans libri rarissimi.

34 Nicolai Perotti rudimenta grammatices. In-fol.

In fine legitur: *presens hæc regularum grammaticaliū ĩpressio in studio Patavino facta per me magistrum Albertum de Stēdalia diligēter laborata anno domini* M. CCCC. LXXV, *die vero XVII mensis Junii.*

Non habet signat. nec custodes, sed in fine extat registrum quaternionum. Paginæ non di-

viduntur in columnas. Debure N°. 2261, sub hoc anno refert editionem *Romanam*, sed hanc *Patavinam* ignoravit.

35 Æneæ Sylvii Piccolomini S. Sabinæ Cardinalis historia Bohemica. In-fol.

In fine legitur : *Romæ per Joan. Nicolaum Hanheimer de Oppenheym et Joan. Schurener de Bopardia* 1475 , *die* X *mensis Januarii.* Post subscriptionem legitur : *memento mori.* Pro insignibus Typographi non triplex ut suprà, sequitur figura capitis mortui, sed unius tantùm; quod non observavit Audiffredy. Caret signat., num. et custodibus.

36 Tractatus pulcherrimus Enee Silvii, sive Pii Pape II, de curalium miseriâ. In-4°.

In fine legitur : *pridie Kls Febru. anno salutis* M. CCCC. XLV, *ex Pruch.*

Libellus Enee Silvii de curialium miseriis finit anno salutis M. CCCC. LXXV.

Character pertinet ad Schurener de Bopardia. Caret signaturis.

37 Priscianus de octo partibus orationis.

De constructione. De duodecim carminibus. De accentibus. De numeris, ponderibus et mensuris. *Explicitum est anno dñi* 1475. (*Joh. de Coloniâ Venetiis.*) In-fol. m. r.

In fine verò Dyonisianæ interpretationis, et sub eodem signaturarum ordine legitur : *impressum Venetiis impensis Joh. de Colonia sociique ejus Joh. Manthen de Gherretzem anno dom.* 1476.

Terminatur volumen cum signat. *GG* 5. Editio igitur planè diversa est ab alterâ Venetâ anni 1476. Vide Debure N°. 2258.

38 Claudii Ptolomæi cosmographiæ libri VIII, ex versione Jacobi Angeli et cum ejus præfatione ad Alexandrum V Pontificem maximum. In-fol. v.

In fine legitur : *impr. ab Hermanno Levilapide Vicentiæ* 1475 *idibus Septembris.* Præmittitur epistola Angeli ad Alexandrum V.

Editio princeps. Vide Debure, N°. 4193 ; folia signantur sed irregulariter ; et litteræ principales miniantur auro et coloribus.

EXEMPLAR ELEGANS.

39 Aurea Biblia veteris ac novi testamenti (Antonii de Rampigollis.) In-fol. m. r.

In fine legitur : *Vigore infiniti entis explicit liber bonus et perutilis aurea biblia ve. ac no. Te. appellatus Ulmæ diligent per Joh. Zeyñer de Reutlingen artificialiter effigiatus anno legis gre* M. CCCC. LXXV , *die altera post Viti et Modesti martirum cui sit honor.*.

Litteræ majores inciduntur. Capitula in superiori margine numerantur , sed folia nec signantur nec numerantur. Vide Seemiller , *parte primâ* , *pag.* 69 , et Prosper Marchand, *Dictionn. histor. Tomo* 1°., *pag.* 289 : editionem hanc principem appellat.

40 Lucii Annæi Senecæ Epistolarum libri xxv. In-4°.

In fine legitur : *Romæ in domo Petri de Maximis per Arnoldum Pannartz* 1475 , *die prima Februarii.*

Editio princeps cum anni notâ. Character diversus est , ac minor eo quo utebatur Pannartz vivente Sweynheym. Vide catal. la Vallière , No.· 4433.

41 Lucii Annæi Senecæ opera. *Neapoli Moravus M. LXXIIII.* In-fol.

Nostrum differt a descriptione Debure, N°. 1286, in versibus ad calcem, in verbo *igitur*;

Huic igitur meritas grates studiosa juventus.

Et omittitur numerus centenarius. Caret signat.; sed habet registrum codicum.

42 Roderici Sancii de Arevalo Episcopi Zamorensis speculum vitæ humanæ. In-fol. m. r.

In fine legitur: *impressum Parisius, anno dñi* M. CCCC. LXXV, *die prima mensis Augusti per Martin Crantz Udalricum Gering et Michaelem Friburger. Laus deo.*

Vide la Vallière N°. 1316, et Chevillier, *orig. de l'Imprimerie de Paris, pag.* 69.

43 Speculum vitæ humanæ. In-fol. m. r.

In fine legitur: *a Martino Flachen ex Basilea civi progenito arte impressoria in medium feliciter deditus feria tertia post festum beatæ Catherinæ virginis anno a partu virginis salutifero milles. quadring. septuag. quinto.*

Martinus Flachen imprimebat Argentinæ. Caret signat., num. et custod.

44 Publii Terentii Afri poetæ comici comediæ : Andria, Eunuchus, Heautontimorumenos, Adelphi, Phormio et Ecyra. In-4°.

In fine legitur : M. CCCC. LXXV, *in sancto Ursio Vinceti district. Johannes de Reno impressit die ultimo Aprilis. Finis.*

Folium primum et ferè paginam primam secundi occupat Terentii vita ex Donati commentariis excerpta, quæ terminatur epitaphio poetæ : *natus in excelsis* etc.; et cum tertio incipit Andria. Sed metricè, non prosaicè imprimitur. Character est elegans, absque signaturis, numeris et custodibus.

45 De veritate catholicæ fidei contra errores Gentilium editus a Fratre Thoma de Aquino. In-fol. m. v.

In fine legitur : *impressit clarus ac diligens artifex Arnoldus Pannartz natione germanus in domo viri nobilis Petri de Maximo civis Romani anno incarnati verbi* M. CCCC. LXXV; *die*

verò XX Septem. sedente Sixto IIII pont. max., anno ejus V.

Folio verso subscriptionis extat registrum quinternionum, ubi observandum miniatoris manum, folio primo cujuslibet quinternionis, litteram unam alphabeticam apposuisse; eamdemque manum in registro easdem litteras reportasse apud quinterniones.

Tunc mortuo Sweynheym, Pannartz minutiori charactere usus est, sed non minùs elegante. Indici sex foliorum præmisit epistolam Joan. Franciscus Venetus ordinis prædicatorum ad Marcum Barbum Cardinalem S. Marci, in quâ se editorem hujus affirmat.

Forsan error irrepsit in catalogo Pinelli N°. 944, ubi legitur librum hunc Romæ prodiisse anno 1476.

46 Valerii Maximi Romane urbis juris peritissimi factorum et dictorum memorabilium ad Tiberium Cesarem libri. In-fol. m. r.

Legitur in fine: *presens Valerii Maximi opus preclarissimum in nobilissima parisius anno domini* M. CCCC. LXXV, *feliciter est impressum.* Typographi fuere Petrus Cæsaris et Joannes Stol.

Character est elegans, absque signat., vide la Vallière N°. 5646.

47 Laurentii Vallæ compendium elegantiarum. *Mediolani Philippus de Lavagnia* 1475, *die* 27 *Junii.* In-4°.

Absque signat., num. et custod.; et textui præmittitur folium exhibens epistolam Boni Accursii Pisani ad Cicchum Simonettam.

48 Statuta civitatis Veronæ. In-fol.

In fine legitur : *impressio accuratissime facta est in urbe preclara Vicentiæ............... ad requisitionem civium Veronæ non atramento nec plumali calamo neque stilo æreo, sed artificiosa quadam mirabili adinventione imprimendi seu caracterizandi hoc opus sic effigiatum impressum est per Hermannum Levilapidem Coloniensem anno dñi* M. CCCC. LXXV, *die verò Mercurii XX mensis Decembris.*

Character Romanus est, et habet signaturas ac custodes, et tituli in parte superiori imprimuntur.

49 P. Virgilii Maronis opera omnia. *Venetiis* 1475. In-fol.

In fine legitur : *P. V. Maronis opera feliciter finiunt Venetiis insignita per Nicolaum Jenson Gallicum.* M. CCCC. LXXV.

Et incipit volumen cum vitâ poetæ et variis opusculis Virgilio suppositis; quæ omnia folia 20 occupant, et cum vigesimo primo incipiunt Bucolicæ. Character elegans absque signat., num. et custod.

Exemplar miræ conservationis, cum litteris deauratis.

50 Leonardi de Utino sermones aurei de sanctis. In-fol.

In fine legitur : *sermones aurei de sanctis fratris Leonardi de Utino sacre theologie professoris eximii feliciter finiunt* M. CCCC. LXXV, *ultima Martii.*

Caret signaturis, num. et custod. Præmittitur folium indicis sermonum, et postponitur tabula materiarum. Character pertinet ad Ulricum Gering. Vide Chevillier, pag. 69; et hunc corrige, dùm refert editionem hanc ad annum 1476.

51 Sermones aurei de Sanctis Leonardi de Utino. In-fol. m. r.

In fine legitur : *predictorum sermonum opus-*

culum Venetiis extat impressum per Johēm de Colonià sociumque ejus Johēm Manthen de Gheretzem (*) *qui ejusdem laboratoribus in expensis providerunt* M. CCCC. LXXV.

Character gothicus. Folia signantur.

34 * Phalaridis epistolæ. *In Sencto Ursio Vincetiæ districtu Johan. de Reno impressit anno dom.* M. CCCC. LXXV. *finis.* In-4°. m. r.

Vide Debure N°. 4112.

(*) *Gheretzem.* hujus nominis et loci est abbatia una Sancti monialium in Germaniâ non procul a Dusseldorpiâ. Vide Denis, *suppl. Maittaire*, *parte primâ*, *pag.* 112, N°. 786. Vide la Vallière N°. 691.

Libri sub anno 1476.

1 Ambrosii expositio in evangelium Lucæ alias de generatione Sancti Joannis Baptistæ. *Augustæ Ant. Sorg.* 1476. In-fol. m. r.

Habet indicem 7 foliorum. Litteræ majores ligno incisæ sunt, et tituli in summitate imprimuntur. Accuratè descripsit Placidus Braun, pag. 183.

2 Antonini summula confessionis. (*Defecerunt.*) In-4°.

In fine legitur: *Joh. de Colonia et Joh. Manthen de Gherretzhem, eorum ductu et impensa, eamdem impressioni exponere conati sunt Venetiis* 1476.

In hac editione sunt signaturæ et custodes ad quemlibet quaternionem tantùm, dùm in eâ *anni* 1474, extant cuivis folio.

3 Angeli de Aretio de Criminibus tractatus. *Paris per Martinum. Udalricum. et Michaelem. anno* 1476, *die septimâ Septemb.* In-fol. m. r.

Vide Chevillier pag. 69. Character gothicus; caret signaturis.

4 Aristotelis libri de animalibus; Latinè Theodoro Gaza interprete. *Impr. Venetiis Joh. de Colonia et Joan. Manthen*, 1476. In-fol.

EDITIO PRINCEPS.

Descriptioni factæ *Bibliograp. instr.* N°. 1682, adde post subscriptionem subsequi aliud folium registri signaturarum cum hoc titulo: *tabula cartarum secundum ordinem ponendarum.* Quod registrum in hoc genere primum fuisse suspicor.

5 Avicennæ opera omnia. In-fol. Tomi tres. In chartâ maximâ, m. r.

In fine cujuslibet tomi legitur subscriptio exhibens locum, Typographum et annum editionis; undè hic subjicitur tantùm subscriptio tertii quæ indicem sequitur: *hoc loci consūmatur universum opus hispalensis principis Avicennæ quod in sacris medicinis composuit anno salvatoris Christi Jesu* M. CCCC. LXXVI, *pridie Idus Decembris impressus Patavii opere et impensis Joannis Herbort Germani, correctum cura et studio quoad fieri potuit Prosdochymi Mutii Patavini in medicinis artibusque merito insigniti, verum ruminatum digestumue solertia ac ingenio artium et me-*

dicinæ interpretis doctissimi Petri Rochabonelle Veneti, etc.

Character est gothicus, et in columnas distribuuntur paginæ, folia signantur. In fine tomi tertii primus hujus possessor scripsit : *hunc librum Avicennæ comparavit Johan. Shrauff in studio Patavino, pretio sex ducatorum, de anno dñi* M. CCCC. LXXVIII. Vix innotuit hæc princeps rarissimaque Avicennæ editio.

6 Biblia sacra Latina. In-fol. m. r.

Titulus rubro charactere imprimitur. Potest dividi in fine psalmorum qui terminantur cum columnâ tertiâ, et cum 35 lineis, his verbis : *finis psalterii*. Apocalypsis terminatur cum primâ columnâ his verbis : *et sic est finis*. Cum secundâ columnâ incipit epistola Monachi Menardi, quæ cum tertiâ columnâ terminatur septem versibus relatis catalogo la Vallière N°. 30 :

Qui memor esse cupit.............
.... salvare paratus.

Et annus sequitur sic 1845. (1475) ; sed toto cælo differt ab illâ. Columna hæc ultima constat 23 lineis, numeratis versibus. Columnæ integræ ex 57. Tituli librorum in superiori parte

constanter imprimuntur. Desiderantur litteræ majores, num., cust. et signat. Character pertinere videtur ad Andræum Frisner et Sensenschmid; sed illi Typographi jam hoc anno evulgarunt alia *Biblia*; cum eorum Epigraphe ac nomine, de quibus vide Demurr, *Tomo primo pag.* 362. Attendendum folio 16, unicam imprimi columnam; quod evenit pro supplendo errore Typographi, propter omissionem unius partis capitulorum 46 et 47, libri Genesis: quod eo in loco præmonui.

Quoad concordantiam verò characterum Bibliæ hujus cum illis Sensenschmid, vide Braun *tabulâ sextâ* N°. 4. Sub anno 1476, editionem hanc refero, propter dubium ex ultimo numero Arabico procedens 6, sic formatum, ut vix innotescat an significet 5 aut 6.

7 Biblia sacra Latina. *Impr. Paris Ulric Gering, Martin Crantz et Michael Friburger.* (*anno* 1476.) In-fol. Tomi duo, m. violet.

Tomus primus terminatur cum psalterio et secundus cum apocalypsi, in cujus fine post 15 versus a Debure relatos, quinque alii sequuntur,

tur, ex quibus concluditur editionem hanc prodiisse anno 1476.

In fine legitur :

Jam tribus vndecimus lustris Ludouicus.
Rexerat! vlricus martinus itemq3 michael.
Orti teutonia, hanc mihi composuere figurā.
Parisii arte sua me correctā vigilanter.
Venalem in vico iacobi sol aureus offert.

Et folio sequenti ex charactere minutiori sequitur index cum hoc titulo : *interpretationes Hebraicorum nominum*; ex 27 foliis, quæ signantur, licèt in operis decursu deficiant signaturæ.

Rarissimam hanc editionem accuratè descripsit Debure N°. 31.

Exemplar elegans et optimæ conservationis, cum litteris auro depictis.

8 Anicii Torquati Severini Boecii de consolatione philosophiæ libri V, cum commentariis D. Thomæ. *Impr. Nurembergæ Antonius Coburger* 1476, *pridie Idus Novembris.* In-fol. m. r.

Vide *Bibliographie instr.* N°. 1306 et 1307.

9 Bonifacii Papæ VIII sextus decreta-

lium cum apparatu Joan. Andreæ Bononiensis. *Impr. Basileæ per Michaelem Wensler* 1476, *octavo Idus Julii.* In-fol. m. r.

Subscriptio rubro charactere, sicut et Typographi insignia imprimuntur. Absque signaturis, numeris et custodibus.

10 Bonifacii Papæ Sextus decretalium. *Moguntiæ Petrus Schoyffer* 1476, *die nonâ Mensis Januarii.* In-fol. m. r.

Accuratè describitur catalogi la Vallière N°. 1053. Editio hæc, sicut præcedens, habet suam subscriptionem a textu omni separatam, folio ultimo. Hujus editionis pagina paginæ, linea lineæ correspondent illi *anni* 1473; sed tamen verè est editio diversa, ut probant abbreviationum varietates in totius voluminis decursu. Hanc ignoravit Wurdtvein in suâ *Bibliothecâ Moguntinâ.*

11 Calendario di Giou. da monte Regio (Molleri.) *Stampato Venetiis* 1476, *Bernard Pictor, Petrus Loslein et Erhard. Ratdolt.* In-fol.

Editio elegans; cum figuris et litteris principalibus ligno incisis. v. Marchand Diction. Tom. II. p. 157.

12 Regulæ et taxæ Cancellariæ apostolicæ. *Impr. anno* 1476. In-4°.

In hoc volumine habentur:

1°. Regulæ, ordinationes et constitutiones Cancellariæ Apostolicæ Pauli II, et Sixti IV, scriptæ et correctæ in Cancellariâ Apostolicâ.

2°. Carolina super libertate spiritualium personarum ac Ecclesiarum præcipuè Augustanæ immunitate.

3°. Constitutiones contentæ in Carolinâ, in linguâ Germanicâ.

4°. Constitutiones principum Ecclesiasticorum et Sæcularium super electione Prælatorum et collatione Beneficiorum.

5°. Inhibitiones secundùm Theologos et canones Patrum a sacrâ communione.

6°. Differentia inter quadragonam, Septenam et Carenam.

7°. De institutione festi corporis Christi.

Absque notâ loci et Typographi. Character accedit ad eum quo Ginther Zainer usus est pro *speculo vitæ humanæ anni* 1471; sed tamen hujus non est Typographi. Caret signat. et custodibus, sed folia numerantur Romanâ methodo; in parte superiori primæ partis, numeri illi vices gerunt signaturarum, ita ut quinque quinternionis priora numerentur folia, non numeratis quinque sequentibus, et folio primo quinternionis sequentis progrediatur numerus: v. g. VI, et sic successivè. Sed hoc contingit tantùm in primâ, non verò in sex partibus sequentibus: prima pars constat 113 foliis; cæteræ verò partes ex 46, ita ut Carolina incipiat folio 114.

Folium primum sic habet: *regulæ ordinationes et constitutiones Cancellariæ sanctissimi domini nostri domini Pauli divina providentia Pape secundi scripte et correcte in Cancellaria apostolica.* Pauli II regulæ terminantur folio 93, et sequenti folio incipiunt illæ Sixti IV, quæ cum folio 113 terminantur sic: *lecte et publicate fuerunt in cancellaria apostolica die Martis 27 mensis Augusti anno dom.* 1471.

Et infrà legitur: *explicit.* M. CCCC. LXXVI.

Folio sequenti ex eodem charactere incipit Carolina ; bullæ verò de festo SS. corporis christi claudunt volumen, et terminatur folio verso cum 13 lineis. Character pertinere videtur potiùs ad Joannem Vienner, qui Augustæ anno 1475, imprimebat *Guillelmi postillas in evangelia.*

Hæc est celebris editio *regulæ et taxæ Cancellariæ apostolicæ*, de quâ post Prosper Marchand *dictionnaire historique*, *Tomo secundo*, *pag.* 271, Maittaire *Tomo primo*, *edit. anni* 1733, *pag.* 310, referendam esse ad annum 1471 affirmat, eamque ideò principem dicit. In hac editione reperiuntur etiam *taxæ Cancellariæ.* Huc usque vix cognita fuit hæc editio, quam tamen recensent Denis N°. 458, et Placidus Braun, pag. 185.

13 Clementis V constitutiones, cum apparatu Joan. Andreæ Bononiensis. In-fol. m. r.

In fine legitur : *anno salutis nostre* LXXVI *post* M. *et* CCCC. VI *nonas Maij ingenio et industria Michaelis Wensler......... in inclita urbe Basileensi*, etc. Sequuntur insignia Wensler.

14 Clementis V constitutiones unà cum

apparatu Joannis Andreæ; in membranis. In-fol. vélin.

In fine legitur: *opus Clementinarum ere atque industria Nicolai Jenson Gallici Venetiis impressum feliciter explicit per excellentissimum juris utriusque doctorem dn̄m Alexandrum Nevum jus Pontificium in Patavino Gymnasio ordinarie legentem exactissima diligentia emendatum* M. CCCC. LXXVI.

Præest una miniatura elegans. Habet signaturas; et miræ conservationis est hoc exemplar.

15 Cronica summorum Pontific. Imperatorumque ac de VII ætatibus mundi ex S. Hieronimo Eusebio aliisque eruditis excerpta. In-4°.

In fine habet: *impressus est Romæ per Mag. Joh. Schurener de Bopardia anno* 1476, *die* 10 *mensis Februarii.* In hac chronicâ sub anno 1458 legitur: *Johannes quoque Mentelinus nuncupatus apud Argentinam ejusdem provinciæ civitatem ac in eodem artificio peritus trecentas cartas per diem imprimere agnoscitur.*

16 Augustini Dati Isagogicus libellus in

eloquentiæ præcepta ad Andream Christophori filium. In-4°.

In fine legitur : *hoc opus impressum opera et impensa Philippi de Lavagna ciuis Mediolanensis, anno a natali Christi* M. CCCC. LXXVI, *die V Martii.*

Præmittitur epistola Boni Accursii ad Cicchum Simonettam. Caret signat., num. et custod., sed subscriptioni sequitur registrum. Opus planè diversum ab *elegantiolis ejusdem Dati* : undè error subrepsit apud Maittaire, in indice, ubi editio hæc refertur ad annum 1475, die decimâ quintâ Martii, quem secutus est Debure, N°. 2268.

17 Eusebii Cæsariensis historia ecclesiastica ex versione Ruffini. In-fol.

In fine legitur : *millesimo* CCCC. LXXVI, *die XV Maij P. M. Sixti Quarti completū est hoc opus Rome (per Joh. Philippum de Lignamine.)* Operi præest folium epistolæ Jo. Philippi de Lignamine ad Guilelmum de Estoutavillâ cardinalem Rothomagensem, in quâ post enumerata cardinalis opera beneficentiæ in urbe Romanâ; dicit se *Eusebium hunc imprimi fecisse*

destinatum dignitati illius eminentiæ. Et cum folio secundo incipit titulus ac prologus Ruffini.

In fine verò folio verso subscriptionis incipit registrum quinternionum, quod cum folio sequenti terminatur. Caret signat., num. et custodibus. Paginæ in columnas non dividuntur.

Exemplar elegans et intonsum.

18 Statuta civitatis Ferrariæ. In-fol.

In fine ultimi folii legitur: *Laus deo anno dñi* M. CCCC. LXXVI. *Sever. Ferr.*

Character gothicus. Extat in fine registrum quinternionum, sine quo foret impossibilis foliorum dispositio. Completu difficillimum est hoc raritatis ingentis volumen quod num., signat. et custod. caret. Malè ergo *Bibliograph. instruct.* auctor appellat, post Orlandi, Typographum nomine Severi; est enim Severinus Ferrariensis; de quo, et libri descriptione, vide Barufaldi *Typographia Ferrarese. stampato in Ferrara* 1777, in-8°.

19 Historia Fiorentina di Leonardo Aretino tradotta di Latino in lingua Toscana da Donato Acciajoli. *Impr. in*

Vinegia de Rossi 1476, *adi XII di Febraio.* In-fol.

Cum signat. Editio princeps. Vide Debure, N°. 5083.

20 Historia Fiorentina di Poggio tradotta di Latino da Jacobo Poggio suo figliolo. *In Vinegia de Rossi* 1476, *a octo di Marzo.* In-fol.

Cum signat. Editio princeps. Vide Debure, N°. 5082.

21 Gaietani de Thienis Vincentini philosophi expositio in IV libros Metheororum Aristotelis. In-fol. m. r.

In fine legitur : *finis impositus est per me Petrum Maufer Normanum Rothomagensem civem in preclarissimo studio Patavino die* 6 *Augusti* 1476.

Huic unitur :

Alberti Magni mineralium libri quinque. *Impr. per me Petrum Maufer Normanum Rothomagensem civem die* 20 *Septembris* 1476. *Deo gratias. Amen.*

Character gothicus. Debure *Bibliogr. instruct.* primum descripsit N°. 1277, et secundum N°. 1482. Singulare hoc habet, quòd tres tantùm quinterniones signati sint a *b* ad *d*, prioribus et posterioribus foliis non signatis.

22 Concordantia discordantium canonum seu decretum Gratiani cum glossis Barthol. Brixiensis. *Basileæ per Bernardum Richel* 1476, *die decima Junii.* In-fol. maximo, m. r.

Subscriptionem sequuntur Richelii insignia. Absque signat., num. et custod.

23 S. Hieronymi epistolæ. *Antonius Bartholomei. Venetiis* 1476, *die* 22 *Januarii.* In-fol., v. f.

Volumen hoc est accurata reimpressio editionis Lelii suprà relatæ; undè non videtur aliud esse præter Tomum secundum. Signatur ab A ad X, et character est gothicus. Vide Seemiller *incunabula Typographica*, *parte primâ*, *pag.* 89.

24 Elucidarius scripturarum (auctore

Henrico Jerung.) In-fol. m. r.

In fine legitur: *impressum ad laudem et gloriam sancte ac individue trinitatis intemerateque virginis marie feliciter finit terminatum consummatumque est in regia civitate Nurmbergen per Fridericum Creusner incolam civitatis ejusdem anno incarnat. Dom.* M. CCCC. LXXVI, *tertia feria ante festum Penthecostes die sexta Junii. Laus deo clementissimo.*

Operi præmittitur præfatio in cujus fine legitur: *liber elucidarius scripturarum intitulatur, arte quam deus in fine mundi novam institui voluit, ut sine calamo impressorie libri figerentur Nurembergę per Fridericum Creusner civem ibidem summa data opera nec segni diligentia optima littera accuratè correctus comportatus est.* In eâ etiam Henricus Jerung Syndicus Nurembergensis auctor appellatur. Litteræ principales auro et coloribus depictæ sunt; sed desiderantur num., custod. ac signat. De hoc vide Roederum in suis *annalibus Typographicis Nurembergens.*

25 Justiniani institutiones cum Commentariis. *Impr. Moguntiæ Schoyffer* 1476, *X Kal. Junii.* In-fol. m. r.

Subscriptionem accuratè retulit *Bibliogr. instr.*

N°. 1067; sed aut datur in exemplaribus diversitas, aut erravit dicendo in fine extare eosdem versus editionis anni 1468, quia in hoc exemplari, licèt perfectissimo, non apparent, neque de eorum existentiâ meminit Wurdtvein pag. 115.

26 Justiniani institutiones cum commentariis. In-fol. m. r.

In fine legitur : *in celebratissima urbe Basileensi quam aeris clemencia, agri ubertas et hominum industria ceteris urbibus prestanciorem facit, terse ac nitide et emendate impressum est per Michaelem Wensler, expletum denique anno nostre salutis septuag. sexto post millesim. et quadringentes. pridie Kalendas Junii.* Et sequuntur octo versus in honorem Wensler cum anni ejusdem 1476 iteratâ vice, et tandem insignia Typographi. Altera etiam pars sequitur quæ est *de consuetudinibus Feudorum*, ejusdem characteris. Absque signat., num. et custod. Vide Seemiller, *parte primâ, pag.* 93.

27 Justiniani institutiones cum Commentariis. In-fol.

In fine legitur : *explicit apparatus institutionum per me Paulum Joannis de Puzpach Ma-*

guntinensis dyocesis sub anno dñi 1476, *die* 18 *mensis Aprilis.*

Character gothicus cum signaturis.

28 Justini historici clarissimi in Trogi Pompeii historias opus. In-fol.

In fine habet : *impressum Ml'i Xpofor Valdarfer Ratisponensē anno domini* M. CCCC. LXXVI. *Kl. Junii.*

Subscriptionem sequitur registrum quaternionum. Caret signat., num. et custod.

29 Tito Livio. *Volgarizato apud Stum Marcum Romæ* 1476. In-fol. Tomi tres.

In Tomo primo textui præmittuntur folia septem quæ exhibent titulum, indicem Rubricarum primæ Decadis et tandem epistolam : *al nobile et peritissimo Giovene Bernardo di Nicolo Cambini citadino di Firenze luca di giovanni Bonacorsi cartolario Fiorentino salute.* Terminatur volumen cum capite LIV libri X[i]. decadis primæ ; absque ullâ subscriptione. Ultima autem columna est 34 linearum, et in ejus folio verso extat registrum quaternionum.

Sæpè contingit septimum desiderari folium exhibens epistolam prædictam.

Tomus verò secundus sic incipit folio verso ante indicem : *lectori prestantissimi et della historia longamente periti sapiate come la presente deca terza di Tito livio..... ensieme con la prima ab urbe condita, et la quarta della guerra Macedonica : son state Fidelmēte interpretate et con summa diligentia di latino in materna lingua traducte : correcte et impresse nella cita di Roma presso a san marco sotto gli anni del N. S. Jesu Christo mille quatro cento settanta sei adi XX del mese di Julio*, etc. etc.

Folio verò sequenti incipit tabula rubricarum tertiæ Decadis quæ X folia occupat. deindè incipit tertia decas his verbis : *finita la prima deca di Tito Livio Patavino historico dal cominciamento delle citta di Roma seguita la terza*, etc. et in fine legitur : *seguita il primo libro della quarta Deca. Decades ambæ cum sequenti quartâ in uno volumine impressæ fuerunt in urbe Romanâ anno Christi millesimo quatuor centesimo sexagesimo (pro septuagesimo) sexto, sedente Xisto quarto pont. max.* Et sequitur immediatè registrum quinternionum.

Tomus verò tertius immediatè incipit ab indice capitulorum quartæ decadis, et est X fo-

liorum ; cum XI incipit sic : *qui comincia el proehmio del Vulgarizatore del libro di Tito Livio Padoano della quarta Deca*, etc.

Ex hoc tamen prologo translatoris, non potest inferri ipsius nomen, hæc enim tantùm verba pro ipso faciunt : *conoscera meglio che alcuno, altro honore alcuno, o laude mihi Vengano. Non a me sieno rendute ma a colui che accio m'indusse. Cioe il nobile cavalieri ostagio da polenta ispecialissimo mio signore ad instantia del quale a opera si grande me disposui*, etc.

Sequitur caput primum quartæ Decadis et finito ultimo libro legitur : *finito l'ultimo libro della quarta deca di Tito Livio Paduano historico dignissimo. Deo gratias. Amen.*

Regnante il sanctissimo et beatissimo padre xisto pōtifice maximo in nel quinto anno del suo felice pontificato adi XXX di maggio in nel anno dalla incarnatione di Christo M. CCCC. LXXVI *fu. impressa la presente Deca in nella citta di Roma āppso al palatio di sā marco.* Et sequitur registrum quinternionum. In his tribus tomis desunt num., custod., signaturæ et litteræ principales ; sed in fine extat semper registrum. Sub columnâ duplici, cum charactere minuto ac rotundo.

Apud S. Marcum imprimebat Ulricus Gallus. An verò hunc Livium impresserit ? sub judice

relinquam. Editionem hanc ignoravit Denis in suo *supplem. Maittaire.* Vide catalog. la Vallière N°. *4866*, et in supplemento ad primam partem, pag. 72.

Exemplar elegans ac completum in primâ suâ ligaturâ.

30 Deca prima di Tito Livio. In-fol.

Hic est Tomus primus editionis Romanæ, *anni* 1476, in hoc exemplari in suâ licèt antiquâ compacturâ, deest folium septimum quod continet epistolam Joannis Bonacorsi, et folium album est.

31 Liber Mamotrectus (Marchesini.) In-fol. m. r.

Legitur in fine : *liber religiosi patris fratris Murathismi de sacro ordine Minorum devotissimi.............. plano stilo edocens. explicit feliciter anno a nativitate dñi* M. CCCC LXX *sexto, in vigilia scã natalis dñi.* Character ille videtur pertinere ad eum quo Nicolaus Goltz Coloniæ utebatur. Caret signat., num. et custodibus. De auctore et opere vide Abbatem Rive, *chasse aux Bibliographes*, *pag.* 142 et sequent.

32 Nonii Marcelli compendiosa doctrina de

de proprietate dictionum et Sermonis. *Impress. Venetiis, Nicol. Jenson* 1476. In-4°. m. verd.

Character Romanus est; habet signaturas.

33 Fratris Mayronis Commentaria in primum sententiarum. *Impr. Tarvisii, Michael Manzolinus* 1476. In-fol. m. r.

Character gothicus. Folia signantur.

34 Papiæ vocabularium. *Impr. Mediolani, Dominicus de Vespolata* 1476, *die* 12 *Decembris*. In-fol.

Vide Debure N°. 2277. Caret signaturis et custodibus.

Exemplar elegans et editio originalis.

35 Il libro degli homini famosi compillato per lo inclyto poeta miser Francesco Petrarca, etc. *Impressit Innocens Ziletus in rure Polliano prope Veronam anno* 1476, *Kl. Octobris*. In-fol. v. f.

Accuratè describitur N°. 6101 *Bibliograph.*

instr. Paginæ non dividuntur in columnas, et folia signantur.

EXEMPLAR ELEGANS.

36 Francisci Philelphi satyrarum Hecatostichon. *Impr. Mediolani Valdarfer* 1476, *Idibus Novembris.* In-4°. m. v.

Exemplar elegans, et opus rarissimum. Accuratè describitur apud Debure N°. 2872. Caret signat. et custodibus.

EDITIO ORIGINALIS.

37 Joan. Pithsani Archiepiscopi Canthuariensis de oculo morali. In-fol. m. r.

Pagina prima est 40 linearum, et ultima 37; et unitur *Speculo D. Bonaventuræ*, *impr.* 1476, *per Ant. Sorg pridie Kal. Martiis.* Absque signat., num. et custod.; sed cum litteris principalibus incisis.

38 Francisci de Platea tractatus de usuris; tractatus de excommunicationibus, et tractatus de restitutionibus. In-fol. m. r.

Tria hæc opera ejusdem auctoris sub eodem

ordine signaturarum imprimuntur ; sed in fine primi legitur : *impressus Parisius in sole aureo* ; in fine secundi : *impressus Parisius in sole aureo per Martinum. Udalricum, et Michaelem. anno* M. CCCC. LXXVI *quarta die mensis Januarii* ; et in fine tertii : *impressus Parisius in sole aureo.*

Duo priores signantur ab A ad L ; sed tertius non signatur. Undè hæc singularitas, questionem solvere videtur catalog. Crevenna, pag. 140, N°. 628. Character idem est quo illi artifices usi sunt pro indice *bibliorum anni* 1476.

39 Caii Plinii secundi naturalis historiæ libri 37, curante Beroaldo. In-fol. m. r.

In fine legitur : *Impr. Parmæ ductu et impensis mei Stephani Coralli Lugdunensis* M. CCCC. LXXVI, *regnante invictissimô principe Galeacio Maria Mediolani duce quinto.* Præmittuntur duo folia ex testimoniis de Plinio antiquo, et in fine textûs legitur folio verso relata subscriptio, quam immediatè sequitur epistola Beroaldi ad Ravacaldum Canonicum Parmensem, cum variis ejusdem in Plinium recognitionibus. Caret signat., sed habet custodes. Folia in paginas, et non in columnas distribuuntur.

Elegantissima editio. Extabat apud Pinelli, N°. 1755.

40 Plinio translato in lingua Volgare Italiana da Christoforo Landino. In-folio.

In fine legitur : *opus Nicolai Jansonis Gallici ĩpressum anno salutis* M. CCCC. LXXVI *Venetiis*. Præmittuntur folia IV prohemii Landini ad Ferdinandum regem Neapolitanum. Non habet signaturas nisi manuscriptas.

Exemplar elegans ac registratum.

41 Prisciani Grammatici opera omnia, cum Dionisii de situ orbis versione. *Venetiis Marcus de Comitibus sociique ejus Girardi Alexandrini* 1476. In-fol.

Vide Debure, N°. 2258. Ultima signatura est *rr* V. Paginæ communiter sunt 35 linearum ; in illâ verò Joh. de Coloniâ sunt ex 41.

42 Cronica quæ fasciculus temporum apellatur, (opus Vernerii Rolevinch) cum figuris ligno incisis. In-fol. m. verd.

In fine legitur : *in Florentissima universitate Lovaniensi impress. per me Joh. Veldener* 1476

quarto Kal. Januar. Subscriptionem sequuntur insignia Typographi. Caret numeris, signaturis et custod. Vid. Debure N°. 4318.

43 Quadragesimale de floribus sapientiæ compilatum per magistr. Ambrosium Spiera Tarvisinum ordinis Servorum Sanctæ Mariæ. In-fol.

In fine legitur : *per magistrum Vindelinum de Spira Alamanum in urbe Venetiarum litteris eneis impressum finit feliciter anno dñi milles. quadringe. septuag. sexto die 18 mensis Decembris Laus Deo.* Character gothicus; cum signat.; absque num. et custod. Vide Crevenna N°. 692.

44 Glossa S. Thomæ in IV evangelia. In-fol. m. r.

In fine legitur : *beati Thome de Aquino glosa continua sup quatuor Evangelistas feliciter finit anno dñi mill.* CCCC. LXXVI. Columnæ habent 62 lineas et ultima 11.

Character pertinere videtur ad eum quo Wensler utebatur hoc anno. Caret signat., num. et custod. Litteræ principales depictæ sunt.

45 Joan. de Turrecremata in psalmos.

Impr. die vigesimâ primâ Februarii per Lupum Gallum fratrem magistri Udalrici Galli de Biennâ (*Romæ*) 1476. In-4°. m. r.

Cum foliorum seu quinternionum registro. Capitales ejusdem sunt generis ac *editionis anni* 1470, cujus est ad unguem imitatio, ita ut alia non sit discrepantia quàm in abbreviationibus.

46 Vite de Sancti Padri per diversi eloquentissimi doctori Volgarisate. In-fol.

In fine legitur : *finis cono le vite de Sancti Patri con ogni diligentia impresse da mæstro Antonio di Bartolomeo da Bologna in Venetia negli anni del Signore Corrente* 1476.

Character gothicus; absque signat., num. et custod. Vide Pinelli N°. 772. Si indici et titulo primi libri credatur (in quinque enim dividitur,) sequentes eorum fuerunt auctores. Primi S. Hieronimus ; secundi Eradius Monachus ; tertii Joannes Monachus Jerosolimitanus ; quarti Leontius Episcopus Neapolitanus et Cypri ; quinti Theophilus Sergius et Elchinus Monachus. Quis autem illos in linguam Toscanam transtulerit, tacetur. Volumen terminatur *prato spirituali Joan-*

nis Everati, folio scilicet 201, in cujus capite Pheo Belcari prologum præmisit.

Hæc autem legenda omninò discrepat ab eâ quam anno 1475 Venetiis Nicolaus Janson edidit.

47 Jacobi de Voragine Legenda aurea. *Coloniæ* 1476, *per Conradum de Hoemborch*, *feriâ sextâ ante Martini Episcopi*. In-fol.

Vide Debure N°. 4620.

Libri sub anno 1477.

1 Historia di Alessandro magno. Cioe del suo nascimento. *adi 28 luglio 1477, in Venezia.*

Vita hæc est fabulosa. Præmittitur index sex foliorum; habet signaturas. Auctor *delle memorie per servire a la storia letteraria impr. Venetiis* 1458, *Tom. XI pag.* 236, indicat unam editionem *Tarvisii anni* 1474 *adi 18 di febraio*, in-4°.; et existimat esse versionem Italianam Latini operis, anno 1236 editi a *mæstro Qualichino de Arezzo.*

2 Antonini confessionale (omnis mortalium cura) volgare. In-4°.

In fine legitur : *qui formatus fuit Florentie apud stum Jacobum de Ripolis* 1477. Habet signaturas, nusquam custodes nec numeros. Vide Fineschi *notizie sopra la stamperia di ripoli impr. in Firenze* 1781, *pag.* 21.

3 Appianus Alexandrinus de bellis Romanorum, ex versione Petri Candidi. In-fol. Tomi duo, m. verd.

In fine Tomi primi legitur : *impressum est hoc opus Venetiis per Bernard. Pictorem et Erhard. Ratdolt de Augusta una cum Petro de Langencen correctore ac socio. Laus Deo* 1477.

Præmittitur epistola Candidi ad Nicolaum quintum.

In fine tomi secundi, de bellis civilibus Romanorum libri VII, cum præfatione Candidi ad Alphonsum Arragoniæ Regem legitur : *Venetiis Bernard Pictor, Erhard. Raldolt et Petrus Loslein* 1477.

Exemplar elegantissimum. Vide Debure N°. 4858.

4 Monte Sancto di Dio composto da messer Antonio (Bettini) da Siena reverendissimo Veschovo di Fuligno della congregatione de poveri Jesuati. In-4°. m. r.

In fine legitur : *finito el Mõte scõ di Dio ꝑ me Nicolo di Lorẽzo della magna Florentie X die mensis Septembris anno domini* M. CCCC LXXVII.

Folium primum exhibet summarium totius operis. Secundum, tertium, et pagina prima quarti continent indicem capitulorum triplicis partis vo-

luminis, et in hujus fine legitur: *finit tabula per me Nicholaum Florentiæ.* Folio verò quarto verso extat figura prima quæ integram occupat paginam, et alta 9 pollicibus cum 4 lineis; larga verò 6 pollicibus et 8 lineis. Folio autem quinto legitur titulus suprà relatus. Figura verò secunda occupat paginam secundam octavi folii signaturæ N, cujus altitudo est 9 pollicum, et 4 linearum. Latitudo verò sex pollicum cum sex lineis.

Figura tandem tertia occupat dimidiam partem, et quidem inferiorem primæ paginæ folii septimi signaturæ P. Hujus autem altitudo est 4 pollicum cum sex lineis, latitudo verò sex pollicum; et volumen terminatur cum signaturâ R quatuor foliorum, in quorum ultimo folio recto legitur suprà relata subscriptio.

Cave tamen ne fidas signaturarum ordini: infidus enim est; sed foliis numeratis, debent esse N°. 131.

Prima figura exhibet montem, in cujus summitate apparet Christus Salvator, et huic monti applicatur scala, per quam ad hanc ascendit homo viator; in secundâ Salvator mundi Angelorum turmis circumductus; et in tertiâ infernus representantur. Hæc autem ultima inciditur in catalogi la Vallière Tom. 1°. sub N°. 763;

et de opere agitur in *additionibus*, pag. 30.

Opus autem in tres partes dividitur. In primâ de *monte qui Christus est* agitur, et huic figura montis præmittitur. In secundâ agitur de *gloria Paradisi*, et huic præfigitur Salvator in medio Angelorum cœlum ascendens; et in tertiâ de *pœnis damnatorum*, cui præest Inferni figura. Hinc patet analogia figurarum cum materiâ cujuslibet partis, quarum prima habet 115 capitula, secunda 15 et tertia 7. Tres autem illæ figuræ non seorsìm impressæ sunt, nec foliis agglutinatæ, sicut factum fuisse in Dantis comediâ dicetur, sed reipsà adhærent foliis impressis ex unâ et alterâ parte.

Auctor operis fuit Antonius Bettini ex Jesuatorum ordine, Sienis natus anno 1396. Episcopus Fulginates creatus anno 1461, et Sienis denatus anno 1487, superstes fuit igitur sui libri promulgationi.

Quis autem fuerit figurarum auctor et quis earum incisor, determinare difficilius est, neque conveniunt de hoc inter se eruditi: apud quos pro primis æri incisis artique Typographicæ unitis communiter habentur, sicut et ab eodem artifice processisse, ac illæ quæ anno 1481, Dantis Inferno fuere annexæ, hoc est 19 prioribus cantibus.

Sed anteà advertendum, præter alteram editionem quæ de novo Florentiæ anno 1491 prodiit cum tribus tantùm et iisdem figuris, sed ligno incisis et diversæ altitudinis ac proportionis, maximam extare in exemplaribus primæ editionis discrepantiam, si credatur descriptioni quam, post patrem Frabricci, publici juris fecit abbas S. Leger (*Lettres à M. le Baron de H**. Paris* 1783. In-8°.) Hic enim exemplar Casanatense describens, dicit quod secunda figura consequatur immediatè capitulum 115 et quod folium hoc signatum sit *i* V, quod certè nostro convenire nequit, in quo capitulum 115 correspondet foliis signatis *n* VII et *n* VIII, in cujus verso extat figura secunda, dùm signatura iiiii i (sic, non verò ut scribit *i* V) correspondet capitulo 74 in quo agitur de correptione paternâ.

Aliundè dicit figuram secundam altam quatuor pollicibus cum lineis quinque, et latam sicut tertia sex pollicibus, dùm verò in nostro occupat integram paginæ capacitatem, sicut et Florentiæ in exemplaribus Magliabechianæ et domûs Annunciatæ bibliothecarum : quod etiam posset affirmari de eo catalogi la Vallière; in quo desiderabatur folium ultimum signaturæ N, quod in nostro reipsà secundam exhibet figuram.

Prætereà contrà Casanatense probat *editio anni* 1491, in qua tres solæ eædemque insunt figuræ et eodem modo distributæ ac in nostro, suntque ejusdem circiter altitudinis. Igitur dubiæ fidei subodorari potest Dominicani illius descriptio, quâ potuit bonâ fide in errorem induci abbas S. Leger, sicut jam hunc aliquot abhinc annis in errorem induxerat idem P. Fabricci, occasione libri dicti *decor puellarum*. Satiùs fuisset igitur Fabriccio equitare cum antiquis, (*) quam in rebus bibliographicis magnum loqui nitique cothurno.

Abbas Rive *chasse aux bibliographes et antiquaires mal-avisés*, *Tom.* 1°. *pag.* 365 et *sequent.*, abbatem S. Leger acriùs perstringens, modò contendit figuras illas præcesisse annis 50 voluminis promulgationem, et paulò post eas 10 annis facit posteriores.

Sed si verum foret primum, ergo jam non figuræ propter librum, sed liber propter figuras fuisset factus, et quidem antequàm Bettini attigisset trigesimum ætatis annum.

Neque etiam secundum potentioribus nititur rationibus, quatuor enim annis a promulgatione operis Bettiniani, typis Florentiæ ejusdem Typo-

(*) Auctor enim est tractatus *de equitatione veterum*.

pographi vulgata fuit comœdia Dantis cum aliquot etiam figuris æneis. Cur ergo et ad annum etiam 1487 remissæ non fuere illæ Dantis figuræ, et cur artifex qui anno 1481 æri incidebat, id et anno 1477 præstare non potuisset? quòd adeò verum est ut, fatentibus artis peritis, operis utriusque figuræ ab unâ eademque manu procedere videantur.

Ridicula est etiam assertio abbatis Rive, quod pro manuscriptorum ornamento, et non pro opere Bettini cælari potuerint *illæ figuræ*; producat enim in medium codicem aliquem similibus ornatum figuris.

Quantùm autem ad lacunas (gallicè *passe-partout*) quas idem abbas supponit in *monte sto di dio*, reipsà lacunæ non sunt, sed *paginæ breves* ut aiunt Typographi, seu nihil aliud sunt præter inæqualem linearum in paginis quantitatem; sic v. g. pagina *d* V constat 33 lineis, et *d* VI 30 tantùm; *h* VI folio recto habet 33, et verso 36; *i* V folio recto 24, et verso 25; *i* VIII recto 32, et verso 36, etc., licèt illam inæqualitatem non exigat capitulorum terminus. Illæ varietates passìm occurrunt in voluminis decursu et in omnibus ferè libris quos typis suis mandavit Nicolaus de Alamagna; si igitur abbati Rive crederetur, fuissent in illis omnibus aptandæ figuræ.

Quis autem figuras illas inciderit? solvere difficilius est, eademque difficultas ac pro *figuris Dantis anni* 1481, quæ a quibusdam Finiguerræ, ab aliis Baccio Baldini aut Sandro Boticello tribuuntur. Non magis nodum hunc solvit abbas Rive, quandò *pag.* 37, remittit ad documenta latentia in archivis Florentinis. Ad ea enim reccurrerunt Bottari, Gori, Baldinucci, Manni et Heyneken ipse, auxilio Canonici Bandini, in cujus epistolis mihi videre contigit se nihil detegere potuisse.

Sed Maso Finiguerræ eas tribui non posse docent.

1°. Temporis distantia inter ipsum et Bettini opus, quidquid in ejus favorem dixerint Orlandi, Baldinucci et Vasari. Contrà eos Manni in *Florentinis inventis*, *pag.* 79, et Tyraboschi *storia della letteratura Italiana*, *Tom. VI*, *parte secundâ*, *pag.* 455, *edition. Roman.* vindicant Thomam Finiguerram jam anno 1424, è vivis excessisse, quo anno nundùm 30 attigerat Bettini.

2°. Tabella pacis osculatoria quæ Florentiæ extat in Baptisterio S. Johannis, cujus cælatura Finiguerræ tribuitur. Nihil habet omninò in delineatione similitudinis cum figuris aut Dantis aut Bettini.

Ad coævos ergo recurrendum est artifices et

ad eorum monumenta, cum quibus possit insti-tui comparatio, sicut fecere aliquot abhinc annis peritiores qui figuras adscripsere aut Baccio Baldini aut Sandro Boticelli.

Priori autem non debere adjudicari auguratur Tyraboschi, dicens *Baldini non essendo felice nel dissegnare faccasi assistere da Sandro Boticelli*, undè ad minus delineatæ fuerunt a Boticelli sicut existimarunt Heyneken, *pag.* 141, et de Murr in *diurno germano*; de quo vide ejus *memorabilia Biblioth. Nuremberg. Tom.* 2°. *pag.* 246. Pro Botticelli autem eas vindicat Gori *notitia degli intagliatori*, *Tom.* 1°., *pag.* 166; ejus verba referuntur sub anno 1481, ubi de *Dantis comediâ* cum figuris.

5 Incomincia el libro di Atila el quale fu ingenerato da uno cane et poi la madre se marito a uno Barone Atila. In-4°.

In fine legitur: *finisse la hystoria de Attila dicto flagellum dei translata da lingua francescha in latina da parola in parola del anno dela incarnatione del nostro signore Jesu Christo* 1421, *opera impressa per maesro Philippo de Piero da Venetia et diligente mente correcta per Bartholo-*
meo

meo Theo Campano da Pontecorbo idibus Octobris M. CCCC. LXXVII. *vale.*

In hac editione Bartholomeus Phei appellatur Thei, et tanquam corrector designatur; dùm in aliis editionibus, Phei et Typographi nomine insignitur, v. g. in poemate *detto lacerba di Francesco Esculano anni* 1478. Gian Donati in novâ suâ editione *Biblioth. di Haym Mediolani anni* 1771, *pag.* 215, unam recenset editionem sub sequenti titulo: *Attila flagellum dei tradotto dalla vera cronica per Rocco degli Ariminesi Padovano dove si narra come detto Attila fu ingenerato da un cane e di molte destruzioni fatte da lui in Italia. In Padova*, in-8°. *Sono tre canti in ottava rima*; ubi inter fictiones (gallicè *Romans*) recensetur.

In catal. Smith. minori *impress. Patavii apud Cominum*, sequens legitur: *Attila flagellum dei. Impr. Venetiis per magist. de Petro* 1472, in-4°.; sed non apparuit ampliùs in grandiori *impress. Venetiis*, anno 1755, in-4°.; ex quo titulo videtur ibi agi de eodem opere quod hìc enuntiatur. Videtur etiam ad hoc pertinere alterum *Venetiis apud Sessam anni* 1502, et denuò *Venetiis* 1507, in-4°.; sed absolutè discrepat a sequenti; quæ est vera historia licèt multis forsan permixta fabulis: *la guerra d'Attila fla-*

gello di Dio tratta dallo archivio dei principi d'Esti divisa in quattro libri stampato in ferrara per Francesco de Rossi da Valenza 1568, in-4°.; ex 127 foliis.

In hujus præfatione dicitur hanc historiam fuisse scriptam a Thomâ Aquileiensi secretario Patriarchæ Nicetæ; et ibidem deindè fuisse translatam in linguâ *Provenzali* per Nicolaum de Casolâ Bononiensem, quam translationem obtulit Bonifacio d'Est, etc. Undè utrumque hoc opus in auctione non dividetur pro utilitate litteratorum.

Historia hæc fabulosa in 30 capitula dividitur. Character est Venetus; habet signaturas, et præmittuntur ipsi folia duo *delle rubriche*, hoc est indicis capitulorum. Insignem hujus raritatem probat altum de eo apud bibliographos silentium.

5 * La guerra d'Atila flagello di Dio tratta dallo archivio de i principi d'esti. *Stampato in Ferrara per francesco de Rossi di Valenza.* In-4°.

Ex 127 foliis numeratis. Editio elegans, nitida et rarissima. Hìc adunatur historia hæc, ut possint litterati instituere collationem cum alterâ fabulosâ *anni* 1477.

6 Biblia sacra Latina. In-fol. m. r.

In fine legitur : *impressum per me Bernardum Richel civem Basileensem sub anno incarnatōis dñice* M. CCCC. LXXVII VI *Idus Septembris indictione verò decima.* Subscriptionem sequuntur insignia Richelii, et folio verso incipit epistola Mainardi Monachi. Tituli charactere capitali in summitate paginarum imprimuntur. Litteræ majores inciduntur sicut in tribus præcedentibus Richelii *bibliorum* editionibus. Signaturæ, num. et custodes desiderantur ; sed jam in marginibus *novi testamenti* imprimuntur *concordantiæ* cum libris *veteris*. Observandum etiam litteras majores fuisse usque ad finem *psalterii* miniatoris manu suppletas, dùm in reliquis libris usque ad finem incisæ sunt.

7 Biblia sacra Latina, cum epistolâ Mainardi. *Norembergæ Coburger* 1477, *tertio Kal. Augusti.* In-fol. m. r.

Terminatur cum tertiâ columnâ apocalypsis cum 21 lineis. Epistola Mainardi cum canone sequitur et occupat sex folia. Signat., num. et custodes desiderantur ; sed eleganter depictæ sunt litteræ majores. Extabat apud la Vallière N°. 35.

8 Sancti Bonaventuræ opus in secundum librum sententiarum. In-fol. m. r.

Legitur in fine : *religiosi pr̄is Bonaventuræ ord. min............ finit anno salutis nostre* 1477 *per magistrum Hermanum Lichtenstein Tarvisii feliciter impressum.*

Character gothicus ; cum signaturis. Vide Denis N°. 499.

9 S. Bonaventuræ opus in librum secundum sententiarum. In-fol.

In fine legitur : *scriptum finit per Thomam Penket Anglicum ordinis. Fratrum Heremitarum sancti Augustini in studio Patavino legentem. emendatum. Anno salutis nostre* 1477 , *per Theodoricum de Reynsburch et Reynaldum de Novimagio socios Venetiis feliciter impressum.*

Habet signaturas , et character est gothicus. Vide Denis , *suppl. maitt.* N°. 498.

10 La vita del glorioso seraphico patre meser san Francesco compilata per il reverendissimo patre et doctore eximio meser Bonaventura cardinale de la sancta matre ecchiesa. In-fol.

In fine legitur : M. CCCC. LXXVII *adi VI del mese de Februario e stata impressa questa opa* *p magistro Antonio Zaroto da Parma in Milano.*

Editio prima. Subscriptionem sequitur index capitulorum ex sex foliis. In columnas paginæ dividuntur. Habet signaturas. Charactere gothico usus est Zarotus, quo priùs pro *Æsopi fabulis*. Vide Paiton Tomo primo, pag. 182, *Biblioth. degli autori Volgarizati.*

11 Commentaria (Gabrielis Brebiæ) in psalmos et cantica sacrorum bibliorum. In-4o.

Operi præmittitur præfatio auctoris ad Gregorium Beaque Mediolanensem (quæ extat apud Saxium) quæ occupat sex folia; et in fine legitur: *impressum Mediolani nonis quintilibus* 1477, *imperantibus illustriss. excellentiss.que principibus bona matre et Johanne Galeacio Maria sfortia vicecomite filio ducibus VI.*

Typographi nomen non apparet; sed ex eo gothico genere videtur quo Zarotus quandòque utebatur. Caret signat., num. et custod. Insignem ejus raritatem innuere videtur Saxius, ad annum 1477; sicut et altum apud bibliographos silentium.

Ex præfatione posset inferri nondùm communes fuisse Græcos characteres Mediolani hoc anno, eò quod, pro hujus linguæ in eâ allegató termino, vacuum remanserit spatium. Vid. la Vallière N°. 54.

12 De vitâ et moribus Philosophorum liber (opus Walter Burley.) *Impress. anno* 1477, *pridie Nonas Maii per Anton. Coburger.* In-fol. goth. m. r.

Absque signaturis, numeris et custodibus.

13 Legenda di Sancta Caterina da siena. *Apud Sanctum Jacobum de Ripoli* 1477. In-4°. m. r.

Incipit titulo sequenti: *al nome di gesu christo e di maria dolce. comencia el prolago della infrascripta legenda dell amirabile vergine. beata chaterina da Siena suora della penitentia di santo dominicho.*

Terminatur verò cum columnâ secundâ his verbis: *gloria laus et honor tibi xpe.*

Simulque senensi virgini Katerine benedicte explicit anno domini mille quattro cēto settanta sette addi venti quattro di marco e stata questa lḡeda in prontata in firençe al monisterrio di santo jacopo

di ripoli dell ordine de fratri predicatori ꝑ mano di duo religiosi frate dominico da pistoia et frate piero da Pisa. deo gratias.

Celebris hæc editio ac legenda tantis fabulis ac visionibus referta, charactere gothico imprimitur sub columnâ duplici. Absque signat., num. et custod., et constat 158 foliis. Exemplar elegans ac completum editionis rarissimæ.

14 M. T. Cicero de officiis, de amicitiâ, de senectute et paradoxa. *Impr. Parisiis in via S. Jacobi ad intersignium follis viridis (Petrus Cæsaris et Joann. Stoll)* 1477, *mense Augusto.* In-fol. v.

15 Vite matrimonialis regula brevis ad Jacobum de Borgiannis. In-4°.

In fine legitur: *finis: gratias: Deo: et Marie: semper: virgini: perfecto die XVI Octubris* M. CCCC. LXXVII. *Deo gratias.*

Constat 40 foliis, absque signat., num. et custod. Character elegans est rotundus ac minutus, et hunc Florentiæ prodiisse suspicarer.

Exemplar elegantissimum. Describitur apud Denis, N°. 509. Auctor hujus est frater Cherubinus ex Spoleto ordinis Minorum, qui dica-

vit opus Jacobo de Borgianis; undè S. Leger, *Lettres au Baron de Hess* 1783, *pag* 19, erravit hoc Joanni de Borgianis adscribens. Licèt titulus Latinus sit, scribitur opus linguâ Italianâ.

16 Cordiale quatuor novissimorum. *Colonie Agrippine impressum per me Petrum de Olpe finitum et completum sub anno a nativit. dñi millesimo quadring. septuag. septimo. ipso die lune sexta mensis Octobris finit feliciter.* In-fol. m. r.

Incipit volumen his verbis: *memorare novissima.* Caret signaturis, numeris et custodibus. Norunt bibliographi raritatem librorum a Petro de Olpe impressorum. Quis fuerit auctor libri, ignoro. Dyonisius Carthusianus librum edidit hujus argumenti.

17 Il Dante. *Stampato in Napoli adi XII di Aprile* 1477. *Laus deo.* In-fol. vélin.

Vide catalog. la Vallière, N°. 3560, ubi duo priora folia pennâ suppleta fuerant: sed nostrum eximium est nitore ac conservatione, ita ut pro elegantiori editione decimi quinti sæculi hujus poetæ possit vindicari.

Caret num. et custod., sed habet signaturas.

Hæc editio rarissima est vixque cognita. Veronæ tractavi comœdiam ejusdem poetæ apud Franciscanos *de S. Firmo*, in-fol., in cujus fine legitur : *explicit liber Dante. Impress. a magistro Frederico Veronensi* M. CCCC. LXXII. *quinto decimo Calend. Augusti.* De hoc Typographo Vide ad ann. 1475, *Quadrigam spiritualem.*

18 Il Dante col commento di Benevenuto da imola e col la vita di questo poeta scritta da giovanni Boccacio. *Venetiis Vindelinus de Spirâ* 1477. In-fol.

Exemplar completum, habens signaturas, quod accuratè describitur apud Debure, N°. 3320. Character est gothicus; quo nonobstante rarissima est hæc editio propter commentatoris ineptias.

19 S. Vincentii Ferrerii ordinis prædicatorum prophetiæ. In-4°.

In fine legitur : *sancti Vincentii Ferrer. mirabile opusculum de fine mundi. Prophetiarum interpretatio finit feliciter* 1477, *anno dominice incarnat. die verò* 12 *Maii.*

LAUS DEO.

Sup egros manus īponēt et bene se habebūt Ihesus marie filius : mundi salus et dominus : sit tibi clemens et propicius. AMEN. Tres autem posteriores lineæ in margine sic enuntiantur : *Oro Sctī Vincencii sup egros.*

Character Romanus. Absque signat. ; ex 19 foliis. Liber singularis ac rarissimus. De Murr, *in memorab. Biblioth. Nuremberg. parte secundâ*, *pag.* 206, refert unam editionem *anni* 1481, *per Conradum Zeninger.*

20 Auli Gellii noctium Atticarum commentarii. *Venetiis per Andr. Jacobi Catharensem* 1477. In-fol. m. r.

Editio elegans cum signaturis.

21 Libellus de infantiâ salvatoris a beato Hieronimo translatus. (*Impr. Taurini J. Fabri*) 1477. In-4°. m. citron.

Constat 32 foliis et ultima pagina ex 24 lineis. Character quadratus, compactum erat cum *chronicâ martinianâ impr. Taurini anno* 1477, et ex eodem charactere ; absque signat. Vide la Vallière, N°. 564 et Denis, N°. 5179.

22 Jacobi Magni sophologium. *Impr. Paris Udalric Gering*, etc. 1477, *die primâ mensis Junii.* In-fol.

Accuratè describitur N°. 1286 catalogi la Vallière. Habet signat., sed caret num. et custod.

23 Joannis de Immola in secundam § novi partem multis cum additionibus. *Impress. Mediolan. labore, industria diligentiaque et impensa Petri Ant. de Burgo dicti de Castellione per Christofor. Valdarfer Alamanum, anno dom.* 1477, *die decimâ quintâ Novembris.* In-fol. maximo, m. r.

Character elegantissimus est, absque signaturis, numeris et custodibus; sed in fine extat registrum quinternionum.

24 Junianus Majus de proprietate priscorum verborum. *Tarvisii Bernard. de Coloniâ* 1477. In-fol. m. verd.

Vide Debure N°. 2269.

25 Justino vulgarizato justissimamente.

Impress. in lalma citade de venesia alle spesse di Joh. de Coloniâ, etc. 1477, *a li giorni X di' Septembre*. In-fol.

Vide Debure N°. 4348.

26 Postilla Nicolai de Lyra super quatuor evangelia cum additionibus domini Pauli Burgensis Episcopi et cum replicationibus Fratris Mathei Doringh ordinis Minorum. In-fol.

In fine legitur : *impressum Mantuæ per me Paulum Johannis de Puzpach Maguntinensis Dyocesis sub annis dñi* 1477 *die* 24 *mensis Julii*. Folia signantur, et character gothicus est.

27 Chronica summorum Pontificum, Imperatorum ac de septem ætatibus mundi, ex Sancto Hieronimo aliisque eruditis excerpta, auctore Martino Polono ordinis Prædicatorum. In-4°. m. citron.

In fine legitur : *Cronica Martini finit* :

Taurini formis hanc pressit et ære Johannes
Fabri quem civem Lingones alta tulit.

M. CCCC. LXXVII. *Die* 23 *Augusti*. Vide

Debure, N°. 4325, et la Vallière, N°. 4565. In hac chronicâ dicitur sub anno 1458 Mentelinum in Argentinâ libros jam impressisse. Caret signat., et custoditus.

28 Benedicti de Nursia de conservandâ sanitate, et magister Tadæus de Florentiâ de regimine sanitatis. In-4°.

In fine legitur : *tractatus quidam de regimine sanitatis opera et industria dominici de Lapis impendio Sigismundi a libris civis atque librarii Bononiensis feliciter finiunt anno* M. CCCC LXXVII. Pars una voluminis habet signat.; et caret altera. Character est Venetus elegans.

Et post subscriptionem sequitur folium registri quaternionum. Dominicus de lapis impressit *Ptolomeum* cum notâ erroneâ anni 1462, de quo suprà. Liber hìc relatus, est primus qui innotescat tanquam e prælo suo prodiens, quod credibile non foret, si ab anno 1462 incepisset.

29 Francisci Philelphi convivia Mediolanensia cum epistolâ Francisci Marliani datâ ex Ticino anno 1477. In-4°.

Folia quinque præmittuntur, quorum priora

tria exhibent indicem erratorum corrigendorum (qui fortè liber primus est in quo menda notata fuerint;) quartum refert epistolam Marliani; et quintum unum Leonardi Justiniani; cum folio recto terminatur volumen signaturâ M, et cum 12 lineis. Opus rarissimum, de quo vide Saxium *Biblioth. Mediolan. Tomo primo, pag.* 614, ubi Mediolani impressum fuisse etiam affirmat.

30 Pii II Pontificis maximi historia rerum ubiquè gestarum cum locorum descriptione, non finita. (Asia minor incipit.) In-fol. m. r.

In fine legitur: *Pii II Ponti. maximi historiæ rerum ubique gestarum prima pars finitur et impressioni Venetiis dedita per Johannem de Colonia sociumque ejus Johannem Manthen de Gerretzem anno millesimo* CCCC. LXXVII.

Folio verso subscriptionis extat registrum signat., et codicum. Frequens est in hac editione paginarum in lineis inæqualitas. Vide la Vallière, N°. 4596.

31 Caii Plinii secundi oratoris Novocomensis liber illustrium virorum. (*Opus*

non est Plinii sed Aurelii Victoris.) In-4°.

In fine legitur:

Qui cupis in parvo compendia prisca libello
Me lege: succinctæ sum pater historiæ.
Si petis artificem: quis sit: patriamque requiris.
Jacobi Andræas: et Catharum patria.

Andrea Vendramino principe Venetiis impressum M. CCCC. LXXVII. *Nonis Junii.*

32 Le Miroir de la vie humaine fait par Rodorique Hispaignol évêque de Zamorensis, translaté du Latin en François par Frere Julien (*Macho*) du couvent des Augustins. *A Lion sur le Rosne en* 1477. In-fol. m. r.

In fine legitur: *imprimé à Lyon par Bartholomieu Buyer citoyen dudit Lyon le huitième jour du mois de Juillet l'an mil quatre cent septante sept. Dieu soit loé.*

Editio originalis; cum litteris capitalibus incisis et signatur. Vid. catalog. la Vallière N°. 1318.

33 Vernerii Rolevinch fasciculus temporum. In-fol. m. citron.

In fine sic habet : *finita est hec impressura cronice Carthusien que fasciculus tempor̄ dicitur juxta primū sūm exemplar per me Petrum Drach civem Spireñ anno domini* M. CCCC. LXXVII. *octavo Kalendas Decembris.* Et sequuntur insignia Drach ; folia nec numerantur, nec signant., nec custod. Habet figuras ligno incisas.

34 Liber Phisionomiæ Michaelis Scoti. In-4°. m.

Signatur ab A ad K III ; et in fine legitur : *Michaelis Scoti de procreatione et hominis phisionomia opus feliciter finit* M. CCCC. LXXVII.

35 Terentii comediæ sex cum commentariis Ælii Donati in quinque comedias et Calphurnii in Heautontimorumenos. *Tarvisii Hermannus a Levilapide Coloniensis anno* 1477, 14 *Kal. Octobris.* In-fol.

Mendo Typographico legitur : *XLV Kl. Octobres.* Vide Maittaire *Tom.* 1°. *pag.* 376. Habet signaturas.

36 Questiones disputate luculenterque disserte beati Thome Aquinatis. *Per me Johannem*

Johannem Koelhoeff de Lubech Colonie incolam diligenter impresse anno 1477, (*sic* 18Λ7) *finiunt.* In-fol.

Koelhoff ab anno 1472 usus est signat., et in hac edit. nullæ sunt præter manuscriptas; sed custodes adhibuit. Vide Braun, pag. 68.

37 Jo. Tortellii comment. Grammatic. de orthographiâ dictionum lib., etc. In-fol. m. r.

In fine legitur: *procurante Hieronimo Bononio Tarvisano Michael Manzolinus Parmensis S. S. F. C. Tarvisii anno gratiæ* M. CCCC. LXXVII. *postridie Kalendas Aprilis.*

Editio elegans, cum signat. Paginæ in columnas non dividuntur.

38 Joan. de Turrecremata questiones evangeliorum. *Impr. Romæ Johan. Scheurener de Bopardiâ* 1477, *die Mercurii ultimâ mensis Aprilis.* In-fol.

Habet registrum quinternionum. Caret signat., num. et custod. In fronte partis *questionum de sanctis* locus vacuus relictus est, quasi fuerit intentio collocandæ figuræ.

39 Scriptum summularum magistri Joan. Versoris Parisiensis doctoris in Petrum Hispanum et Aristotelem. In-fol.

In fine legitur : *impressum Neapoli anno nativitatis Christi millesimo quadringentesimo septuagesimo septimo, die vero quinto mensis Februarii.* Habet signaturas.

Libri sub anno 1478.

1 Ægidii Romani philosophia. *Impr. Patavii Petrus Maufer Normanus Rotomagensis* 1478, *die* 26 *Februarii.* In-fol.

Character gothicus; cum signaturis.

2 Propositiones universales extractæ ex variis operibus Aristotelis.

Quibus succedit :

Notabilia artis phisionomiæ secundùm diversos auctores. In-4°.

In hujus fine legitur : *notabilia artis physonōie secundùm diversos auctores a. c. LXXVIII* (.1478.) Editionis character gothicus, absque signaturis.

3 Tractatus brevis ac valde utilis de arte et scientia bene moriendi. In-4°.

Sic incipit : *cum de presentis seculi miseriâ ;* et terminatur : *impressum est hoc opusculum Venetiis per Bernardum Pictorem et Erhardum Ratdolt de Augusta una cum Petro Loslein de Langencen correctore ac socio* 1478. Litteræ principales in-

cisæ sunt, et signantur folia. Hujus auctor est Dominicus Capranica cardinalis de Fermo qui scribebat anno 1452. Jam alia præcessit editio Romana versùs annum 1475.

4 Summa Magistrutia seu Pisanella. *Impr. anno dom̄. milles. quadring. septuag. octavo Kal. V Julii in Nurnberga per Ant. Koburger feliciter finit.* In-fol. m. r.

Absque signat., num. et custod. Jam anno 1477, aliam Ant. Coburger Nuremberg. ediderat pridiè Idus Februarii.

5 Fratris Petri de Bergome ordinis Predicatorum super omnia opera divi Thomæ Aquinatis tabula. In-fol. m. r.

In fine legitur : *impressum finitumque Basileæ per me Bernhardum Richel civem Basiliensem anno* 1478 (*sic* 1ƐΛ8) *die Veneris quæ fuit quarta mensis Decembris.* Et sequuntur insignia Richelii. Caret signat., num. et custod. Per modum dictionarii disponitur; et epistolam præmisit auctor, quam sequitur index operum omnium sancti doctoris, unà cum epistolâ universitatis Parisiensis in favorem ejus doctrinæ.

Amplior est hæc editio eâ quam anno 1473,

Coloniæ edidit Therhoernen. Vide Schwartz *indicem librorum decimi quinti sæculi*, *impr. Nurembergæ anno* 1727.

6 Biblia sacra Latina. *Norimbergæ Coburger* 1478 *Maii verò Kal. octavo decimo*. In-fol. m. r.

Constat 461 foliis numeratis Romanâ methodo; sed caret signat. Subscriptio sequitur Apocalypsim, et hanc epistola Mainardi. Littera principalis eleganter auro et coloribus depingitur.

Notandum præ manibus extare aliud exemplar omninò huic simile, quoad paginar. quantitatem, quod habet *Novembris idus quarto* loco *Maii octavo Kalend.*; undè videtur nihil præter subscriptionis folium fuisse de novo impressum. Accuratè describitur apud de Murr, *Tomo primo*, *pag.* 364.

7 Breviarium Romanum, in membranis. In-fol.

In fine legitur : *hujus operis corrector extitit Georgius de Spathariis presbiterorum Minimus*; *impressor vero Nicolaus Jenson Gallicus hac nostra tempestate impressorum princeps. Quod quidem opus impressum in Florentissima urbe Venetiarum est anno dom.* 1478. Rubricæ om-

nes charactere rubro imprimuntur; habet signaturas et exemplar est elegans, cum figuris auro depictis; sed desiderantur calendarium et dimidium folii sexti signaturæ *h*, media pars et primum signaturæ *e*. Permulta hujus exemplaria in pergamenâ edidit Janson: duo enim extant apud Canonicos Patavinos; et duo præ manibus habet Edwartz librarius Londinensis.

8 Calphurnia et Gurgulio, comedia Leonardi Bruni Aretini. In-fol. m. verd.

In fine legitur: *finit felicitē Leonard⁹ Aretin⁹ in monasterio Sortēn anno dñi m°. q̄dringētesimo septuagesimo octavo*, ex 14 foliis; de hoc vide catal. Gaignat N°. 1736. Forma characteris pertinet ad eam quâ utebatur Typographus Argentinæ pro Henrico Ariminensi.

9 Il philocolo cīoe libro di Florio e Bianzafiore di Giov Boccacio. In-fol.

Legitur in fine: *qui finisce impresso per Philippo de Lavagnia nel inclyta cita de Milano nelli anni del signore* M. CCCC. LXXVIII *a giorni IIII di Februario*, etc. Præmittitur operi epistola quam Hieronimus Squarzaficus præmiserat editioni Venetianæ *anni* 1472, et vo-

lumen terminatur cum signaturâ & V.

Editio hæc rarissima fugit bibliographos, et quidem Saxium.

10 Il libro di Florio e di Bianzefiore chiamato philocolo. In-4°. max. m. r.

In fine legitur: *finisce el philocolo composto per lo generoso e magnifico messer Johanne Bocchacio poeta Florentino laureato quale per amor redusse in tal compendio dove e la vita del dicto messer Johan Bocchacio. Impressa in la excellentissima cita de Neapoli regina della Italia per lo venerabile maestro Sixto Russinger Todisco con ajuto e favore de nobile homo Francisco Tuppo studiante di lege............ quale per laude de tal re* (*Ferrando de Aragona*) *e terminato alli VIII de Marzo* M. CCCC. LXXVIII *Sixtus Russinger*. Et immediatè post hanc subscriptionem sequuntur insignia Typographica Sixti Russinger, et hæc eadem omninò sunt quæ P. Audiffredy, *figurâ quartâ sui catalogi Romanarum edit. decimi quinti sæculi*, incidi curavit; cujus occasione vide infrà de *Philippo Siculo*. Paginæ in columnas non dividuntur. Character est elegans, absque num., signat. et custod.; sed in fine habet registrum quaternionum, et permultas figuras ligno incisas. Tantæ raritatis

est editio hæc, ut apud bibliographos ne minima quidem hujus fiat mentio.

Exemplar miræ conservationis et elegantiæ.

11 Pauli Episcopi Burgensis scrutinium scripturarum. *Impr. anno* 1478. 7 *Idus Jan. Moguntiæ Petrus Schoyffer.* In-fol. m. r.

Titulus rubro charactere imprimitur, sicut et subscriptio quæ sola ultimum occupat folium. Opus verò his terminatur verbis sic scriptis: *cui honor et gloria in secula seculor. Amen. Deo gratias.*

De hoc libro vide quæ dicta sunt suprà, ubi de editione Mentelii.

12 Cornelii Celsi de medicinâ. *Impr. Florentiæ a Nicolao, anno salutis* 1478. In-fol.

EDITIO PRINCEPS.

Sed in eo desideratur index. Habet signaturas a folio septimo.

13 La historia d'Alexandro magno figlivolo di Philippo re di Macedonia scripta da Quinto Curtio Ruffo, et

tradocta in vulgare da P. Candido. In-fol.

In fine legitur : *stampato in Firenze apud Stm Jacobum de Ripoli anno* 1478. Sed deficit hoc exemplar cum fine libri VIII, adeòque imperfectum. Vide Fineschi *notitie storiche della Stamperia di Ripoli*, *pag.* 50. Vide la Vallière, N°. 4846.

14 Apparatus Innocentii IV super libros decretalium. *Impr. Argentinæ* 1478. In-fol. Tomi duo.

Character gothicus; absque signaturis, numeris et custodibus.

15 Compilatio decretalium Gregorii noni cum comment. *Impr. Basileæ Michael Wensler* 1478 *XIII Kal. Septembr.* In-fol. max.

16 Donati Acciajoli expositio libr. ethicorum Aristotelis ad Cosmum Medicem in novam traductionem Argyropili Bisantini. In-fol.

In fine legitur : *impressum Florentiæ apud Stm*

Jacobum de Ripoli anno 1478. In fine desiderantur aliquot folia ; sed de hoc vide Fineschi *notizie istoriche sopra la stamperia di Ripoli impr. in Firenze* 1781. In-8°. Folia signantur et paginæ habent 39 lineas.

17 Dyonisius Periegeta de situ orbis, ex versione Antonii Becharia. In-4°. m. r.

In fine legitur : *impressum est hoc opusculum Venetiis per Franc. Renner de Hailbrun* 1478. Cum signat., et litteris principalibus. Vide Debure N°. 4176.

18 Exempla sacræ scripturæ ex veteri et novo testamento. *Impr. Paris Ulric Gering, in sole aureo* 1478, 23 *Januarii*. In-4°.

Habet signaturas. Maittaire unam refert *anni* 1477 *die penultimâ Januarii*, sed hæc ignota remansit.

19 Le livre des Saints Anges par François Eximenès. *Impr. à Genèves le* 24 *Mars* (*per Adam Stainchauver.*) In-fol. m. r.

Tria præcedunt folia prologi et indicis. Abs-

que signat., et custod. Character idem est ac *manipuli curatorum anni* 1480. Vide la Vallière N°. 558.

20 Divi Hieronimi opus de vitis Patrum. *Nurembergæ Ant. Coburger* 1478, *Nonis Maii.* In-fol. m. r.

Vide Debure N°. 4612. Folia numerantur more Romano et sunt CCXXXVIII. Absque signaturis.

21 Le livres des bonnes mœurs, fait et composé par Frere Jacques Legrant, Religieux de l'Ordre des Augustins. In-fol.

In fine legitur : *explicit le livre de bonnes mœurs fait et impresse à Chablies par moi Pierre Lerouge le premier jour d'Avril l'an de grace* M. CCCC. LXXVIII. Litteris quas *Batardes* appellant imprimitur, et cum signaturis, ex 51 foliis. Adaptari debebant figuræ; vacua enim pro illis loca in paginis relicta sunt. Opus totaliter discrepat a *sopholegio* Jacobi Magni; ideòque non est ejus translatio. Extabat editio una ab hac diversa catalogi la Vallière N°. 1288.

De auctore ejusque operâ vide *Tom. XV de*

l'Académie des inscriptions, et Senebier *biblioth. Genevens. pag.* 407. Idem Lerouge anno 1490, 18 Octob., ibidem impressit : *sermones Mauricii Parisiensis episcopi.*

22 Justini historiæ. *Impressum per Philippum Condam Petri in Veneciis* 1478, *die* 12 *Decembris.* In-fol.

Vide Debure N°. 4335.

23 Lactantii opera. In-fol.

Huic editioni jungitur Nephytomon, et sub eodem signat. ordine; in cujus fine legitur : *Venetiis magister Andreas de Paltazichis Catarensis et Boninus de Boninis* 1478. *XII Martii.*

Textui præmittuntur 9 folia indicis cum erratis Ant. Raudensis. Post Nephitomon legitur subscriptio, et folio verso registrum signaturarum. In hoc autem exemplari, ad discrimen illius la Vallière N°. 420, legitur : *hoc opus impresserunt*, pro *imprsseerunt*, et *socii* pro *sociis.*

24 Lactantii opera. In-fol. m r.

In fine legitur : *impressum est hoc opus Venetiis impendio providorum virorum Johis de Colonia : Johisque Manthen de Gheretzem sociorum an. sal. dom.* 1478. 27 *Augusti.* Præcedunt XI

folia indicis et erratorum ab Anton. Raudensi, et folium subscriptionis sequuntur unum registri signaturarum et Nephitomon ex octo foliis.

Eodem anno prodiit igitur duplex *Lactantii* editio Venetiis reipsà diversa. Hæc elegantior est, sed altera prior. Vide Crevenna N°. 419.

25 Di tito Livio deche in lingua volgare. *Impress. in Venetia per mæstro Antonio da Bologna anno* 1478. In-fol.

Exemplar completum prout describitur apud Debure, N°. 4821.

26 Mamotrectus. *Impress. Venetiis per Franciscum Hailbrun et Petrum de Bartua socios* 1478. Laus deo. In-4°. m. r.

Folia signantur.

27 Pomponii Melæ cosmographi de situ orbis libri tres. In-4°. veau.

In fine legitur: *impressum est hoc opusculum Venetiis per Bernardum Pictorem et Erhardum Ratdolt de Augusta una cum Petro Loslein de Langencen correctore ac socio. Laus deo* M. CCCC. LXXVIII. In-4°.

Folia signantur et litteræ principales inciduntur. Character elegans et quadratus.

28 Georgii Merulæ enarrationes in Juvenalis satyras; idem adversùs commentaria Calderini in Martialem.

Ejusdem Annotationes in Ciceronis orationem pro Ligario.

Ejusdem Argumentum epistolarum Ciceronis ad Lentulum de vi et ordine suffragiorum in Centuriatis et Curiatis Comitiis. In-fol.

Legitur in fine : *impressa Tarvisii per Bartholom. de Confaloneriis duce inclyto Johan. Mocenigo* 1478.

29 Georgii Merulæ enarrationes in Juvenalis satyras ; idem contra commentaria Calderini in Martialem.

Ejusdem Annotationes in ligarianam Ciceronis.

Ejusdem Argumentum epistolarum Ciceronis ad Lentulum de vi et ordine suffragiorum. In-fol.

Legitur in fine : *impressa Venetiis per Ga-*

brielem Petri duce inclyto Andrea Vendramino 1478. Editio diversa a Tarvisinâ *ejusdem anni.*

30 Joh. Nyder consolatorium timoratæ conscientiæ. In-4°.

In fine legitur : *exaratum quippe est hoc opusculum Parisius per magistrum Ulricum cognomento Gering anno millesimo* CCCC. LXXVIII. XVI *Decembris.* Ex charactere eleganti, cum signaturis. Vide la Vallière, N°. 632.

Huic adjungitur :

Lotharii Levitæ Cardinalis de vilitate conditionis humanæ. *Paris* 1480, *die secundâ Augusti.*

31 Oppianus de piscibus et eorum naturâ ac venatione, præmissâ vitâ Oppiani. In-4°. m. r.

In fine legitur : *Laurentius Lippius Collensis vir utraque lingua apprimè eruditus hoc divinum Oppiani opus traduxit. Gallus cognomine Bonus impressit............... impressum in Colle oppido municipio Florentino anno ab humanitate*

xti M. CCCC. LXXVIII, *die XII Septembris.* Vide *bibliogr. instr.* N°. 1714. Habet signat. et character est gothicus. Magister etiam Joh. de Medinblich ibidem eodem anno *Dioscoridem* impressit. Vide hunc ad annum 1499.

EDITIO PRINCEPS.

32 Triumphi di Petrarcha col commento di Bernardo da Siena. *Impresso in Venetia per Theodor. de Reynsburch*, etc. 1478, adi *VI del mese di Febraro.*

Ejusdem Sonetti col commento di Francesco Philelpho. *Impresso in Venexia per Theodor. de Reynsburch* &c. 1478 *adi* 30 *di Marzo.* In-fol.

Gothicè; completum. Vide Debure N°. 3350.

33 Petrarcha libro de gli Imperadori et Pontifici. *Florentiæ apud sanctum Jacobum de Ripoli* 1478. In-fol. m. r.

Duo præmittuntur folia indicis vitarum. Folia signantur; vide Fineschi.

34 Plutarchi vitæ parallelæ e Græco translatæ per varios auctores. *Impr. Venetiis*

Venetiis Nicolaus Jenson 1478 *die II Januarii.* In-fol. max.

Accuratè describitur apud Debure N°. 6083. Incipit cum *Thesei vitâ*, et terminatur cum *Carolo Magno*. Habet signat. et registrum.

EXEMPLAR ELEGANS.

35 Quintiliani institutiones oratoriæ (*Joan. de Coloniâ* 1478.) In-fol. m. r.

Terminatur cum signat. *d* ij. Ultima pagina folio verso est 29 linearum. Editio elegantissima. Præmittuntur duo folia indicis, et aliud cum epistolâ Omniboni Leoniceni. In hoc exemplari bis occurunt duo illa folia priora.

36 Le roman de Fier a Bras le Géant. *Impr. à Genève* 1478. In-fol.

Constat 115 foliis. Sex præmittuntur folia indicis et in fine legitur: *cy finist le roman de Fier a Bras le Géant, imprimé à Genève l'an de grace* M CCCC LXXVIII *le XXVIII jour de Novembre.* Caret signat., num. et custod., et character idem est ac libri *Eximenes anni* 1478, et pertinere videtur ad Adam Steynchauver. Editio rarissima et exemplar elegans.

37 Joan. de sacro Bosco sphæra mundi et Gerardi Cremonensis theoria planetarùm. *Venetiis de Hailbrun* 1478. In-4°.

Character est Romanus ; et subscriptio extat in fine Gerardi Cremonensis.

38 Crispi Salustii de conjuratione Catilinæ et Bello Jugurtino libri. In-fol.

In fine habet : *impressum Florentiæ apud sanctum Jacobum de Ripoli* M. CCCC. LXXVIII. Terminatur cum signaturâ *f iiii*. Vide la Vallière N°. 4891.

39 Lucii Ann. Senecæ. Cordubensis opera. *Impr. Tarvisii per Bernardum de Coloniâ anno domini M. CCCC LXXVIII.* In-fol., veau.

Character gothicus.

40 Prima pars secundæ partis sacræ theologiæ doctoris eximii et luminis ecclesiæ præclarissimi sancti Thomæ de Aquino ordinis Fratrum Prædicat. *Impressa Venetiis per Franc. de Hail-*

brun et Petrum de Bartua anno dom. M. CCCC. LXXVIII. In-fol.

Character gothicus, habet signat., et registrum quinternionum. Vide la Vallière N°. 533, et Crevenna N°. 557.

41 Joan. de Turrecremata questiones evangeliorum. *Nurembergæ Fridericus Creusner* 1478. In-fol. m. r.

Editio hæc planè diversa est ab eâ *anni* 1484, et non continet aliud præter questiones evangeliorum de sanctis. Vide ad annum 1484.

42 Jo. de Turrecremata expositio brevis super toto psalterio. *Moguntiæ Schoyffer* 1478, *quartâ die Aprilis.* In-fol. m. r.

Subscriptio et insignia rubro charactere distinguntur. Parentheses sunt sicut in editione *anni* 1474; sed lineas non duxit miniator. Capitales litteræ sunt eædem; forma characteris etiam eadem est. In hac editione errata præcedentis corriguntur, et totaliter inter se discrepant. Miniator manu suâ signaturas adjecit. Forma voluminis non in-4°., ut asserit Vurdtvein, sed in-fol. Triplex igitur est editio Moguntina

libri hujus ad hunc usque annum : in eâ anni 1474 paginæ habent 35 lineas, et in eâ anni 1476, habent 31, sicut in præsente quæ est vera imitatio illius : extant tamen variantes quæ diversam editionem esse demonstrant : sic v. g. titulus psalmi II in eâ *anni* 1476, sic habet : *psalmus undecimus*; et in eâ *anni* 1478 : *psalmus XI.* Et subscriptio habet : *decima die Marcii*, et in hac : *septimo Idus Januar.*

43 P. Virgilii Maronis opera. *Parisiis Udalricus Gering* 1478, *mense Septembri.* In-fol. parvo. m. r.

Vide Debure N°. 2669. Habet signaturas.

44 Leonardi de Utino sermones aurei de sanctis. *Impr. Nurembergæ Anton. Coburger* 1478, *undecimo Kal. Februarii.* In-fol.

Folia more Romano numerantur 210. Vide Crevenna N°. 685.

6 * Biblia sacra Latina. *Impressa Venetiis per Leonardum Wild de Ratisponâ ex pensis Nicolai de Franckfordiâ* M. CCCC. LXXVIII. In-fol. goth.

Cum signaturis.

Libri sub anno 1479.

1 Porphirii Isagoge in cathegorias Aristotelis. In predicamenta. In ejusdem Periarmenarum libri duo. Gilbertus Porretanus in ejusdem sex principia. Boetii liber divisionum. Aristotelis priorum Analyticorum libri duo. *Impr. Augustæ Ambros. Keller* 1479, *proximâ die post festum exaltationis Stæ crucis.* Aristotelis posteriora analytica. *Impr. Ambr. Keller* 1479. Ejusdem Elenchorum libri duo. Ejusdem Topicorum libri VIII. *Impr. Ambros. Keller Augustæ in die sanctæ Ursulæ.* In-fol. m. violet.

Exemplar elegans libri rarissimi vixque noti. Caret signat., sed litteræ majores ligno incisæ sunt. Nemo ignorat raritatem librorum a Keller excusorum.

2 Augustinus de civitate dei cum comment. Thomæ Valois et Nicolai Triveth. *Impr. Basileæ Michael Wensler* 1479, *VIII Kal. Aprilis.* In-fol. max.

3 Supplementum summæ Pisanellæ. In-folio. veau fauve.

In cujus fine legitur : *anno dñi* M. CCCC. LXXIX, *in profesto nativitatis dñi in Colonia Metropoli Germaniæ et urbe sanctâ deo auxiliante opus terminatur insigne summa magistrutia alias Pisanella vulgariter appellatum per me Conradum de Homburch prefatæ Metropolis incolam quam fideliter impressum finit feliciter.*

Cum signaturis, sed absque num. et custodibus. Extabat apud Crevenna N°. 618.

4 Pauli Bergomensis ordinis Sti Augustini libellus de apologia sui ordinis ad Cardinalem de Estoutevilla. In-4°.

In fine legitur : *impressum Rome in domo nobilis viri Francisci de Cinquinis apud sanctam mariam de pplo anno dñi* 1479, *die* 18 *mensis Julii.* Et sequitur registrum codicum, et adjunguntur :

Historia divæ Monicæ matris sancti Augustini et ejus translationis.

Regula fratrum beati Augustini et in eam decreta Pontificia.

Subscriptio extat in fine primi operis et alia unita sunt ex eodem tempore et charactere minuto et gothico; absque signat. et custod.

5 Biblia sacra Latina. In-fol. Tomi duo. m. r.

In fine Apocalypsis legitur:

Fontibus ex Græcis Hebreorumque libris
Emendata satis et decorata simul
Biblia sm̄ psn̄s supos ego testor et astra
Est impressa nec in orbe mihi similis
Sing̃la queq; loca cū concordantiis extant
Orthographia simul que bene pressa manet
M. CCCC. LXXIX.

Character gothicus cum signat. Librorum tituli in parte superiori imprimuntur, et in fine sunt interpretationes Hebraicorum nominum. De his bibliis vide David Clément verbo *biblia*. De merito hujus vide Braun pag. 203.

6 Biblia sacra Latina. In-fol.

In fine Apocalypsis legitur: *biblia impressa Venetiis opera atque impensa Nicolai Jenson Gallici* M. CCCC. LXXIX.

Character gothicus. Folia signantur cum ti-

tulis in superiori margine. In fine sunt interpretationes Hebraicorum nominum.

7 Opera di messer Joan. Boccacio da Certaldo Fiorentino chiamata per nome ameto o vere comœdia de nimphe Fiorentine. In-4°.

In fine legitur : *impressa ne la amœnissima cita di Treviso per mæstro Michele Manzolo Parmese nel anno de gratia millesimo quadring. septuag. nono al decimo de Kal. Decembre.*

Editio rarissima. Vide *bibliogr. instr.* N°. 3759.

8 Sti Bonaventuræ sermones de tempore et sanctis. *Zvollis impress. feliciter explicit anno dom. milles. quadring. septuag. nono.* In-fol. m.

Signatur quælibet pagina methodo singulari, iteratis enim vicibus usque ad numerum XIIII, serie litterarum alphabeticâ paginæ signantur, ita ut folio verso in superiori margine, et quidem in medio videatur, v. g. littera A, et folio recto sequenti numerus I, et sic progressivè usque ad &, cui postponitur folio verso A et recto sequenti II; ita ut ad quatuordecim usque

alphabeticam seriem ascendat paginarum numerus progressivus. Pagina quævis ex duplici columnâ; et character ex eo genere quem *formæ* appellant Typographi. Hujus extat mentio apud Maittaire. Vide David Clément, *Tom. V, pag.* 59. Si credatur Seitz in *anno tertio sæculari ab inventa Typographia impr. Harlemi* 1741, *pag.* 183, Typographus erat ab anno 1479 Lubbertus Rensin.

9 M. T. Ciceronis epistolæ familiares. In-fol.

In fine habet: *M. T. Ciceronis epistolar. familiarium opus præclarissimum finit. Anno* M. CCCC. LXXIX *die IX mensis Julii.*

Caret signaturis, sed habet custodes.

10 Ciceronis libri rhetoricorum veterum ex edit. Leoniceni (*Venetiis*) 1479. In-folio. vélin.

11 Ciceronis rhetoricorum novorum ad Herennium libri IV. *Venetiis Philipp. Condæ* 1479, *die Ultimâ Februarii.* In-fol. vélin.

12 Durandi rationale ex editione Aloi-

sii Tuscani, et cum ejus epistolâ. In-fol. veau fauve.

In fine operis columnâ tertiâ legitur, sic finis: R. D. O.; et post duo folia indicis: *explicit tabula hujus libri* M. CCCC. LXXVIIII.

Aloisius Tuscanus Romæ curabat editiones operum illustrium, hinc Romæ prodiisse verisimile est. Character rotondus est, et folia signantur. Vide Crevenna N°. 288.

13 Eusebii historia ecclesiastica ex versione Ruffini. *Mantuæ Joh. Schallus* 1479. In-fol. m. r.

Duo priora folia referunt epistolam Joan. Schalli ad Federicum Gonzagam. Hanc sequuntur quinque folia indicis. Caret signat. et num.; sed folium quodlibet tàm ad recto quàm ad verso habet custodes. Editio et exemplar elegantissima sunt. Vide Debure N°. 4392.

14 Cronica quæ dicitur fasciculus temporum (Vernerii Rolevinch.) In-folio.

In fine legitur: *impressum per me Hinricum Quentel et admissum ab alma universitate Colo-*

niensi explicit feliciter, *sub anno dom. milles. quadringent. septuag. nono.* Cum figuris miniatis, habet signaturas.

In hac editione pro primâ vice fit mentio Maguntinæ urbis pro inventione Typograph. artis. Post verba relata in editione *anni* 1474, sequentia subduntur : *ortum habentes in Moguntia.* Non parùm tamen singulare est quod Zellius, qui jam ab anno 1467, Coloniæ præla movebat, non priùs edocuerit chronicæ ejus editores de facti hujus narratione. Si ergo Coloniæ tunc temporis vix locus artis inventæ constabat, mirum non est hunc ignorasse exteras et remotiores Europæ partes.

15 Guilelmi Peraldi Lugdunensis Archiepiscopi, ordinis Prædicatorum Summa vitiorum. *Impressa per Henricum Quentell. Coloniensem incolam anno dom.* 1479, *expleto.* In-fol. m. r.

Cum signaturis et paginarum titulis in summitate. Præest tabula 10 foliorum. Catalog. la Vallière N° 1281, refert ejusdem auctoris *Summam de virtutibus*, ejusdem anni ac Typographi, de quâ in hujus subscriptione fit mentio.

16 Joan. Gritsch de Basileâ ordinis Minorum quadragesimale. In-fol.

In fine legitur: *procurante expendenteque Anthonio Koburger cive oppidi Nurnbergn salubri fine consummatum anno* 1479, *Martii vero Kl. tertio. Laus Deo.*

Folia signantur singulari methodo, non in inferiori, sed in superiori parte sic: *alphabetum primum*, quod est 4 foliorum usque ad *alphabetum XLVIII*, ita tamen ut in posterioribus foliis omissa fuerit illa methodus. Vide Denis pag. 730.

17 Epistolarum S. Hieronimi Tomus secundus. In-fol.

In fine legitur: *epistolarum beati Hieronimi pars secunda impressa Rome per venerabilem virum Georgium Laur de Herbipoli sub anno dñi* M. CCCC. LXXIX, *die vero lune quinta mensis Aprilis.* Sequitur registrum quinternionum. Absque signat., num. et custod.

Norunt omnes disparibus annis prodiisse Tomis duobus hoc opus, et rationem hujus. Vide Audiffredy.

18 Tractatus utilis valde de peste, com-

positus per magistrum Hieronimum de Manfredis civem Bononiensem phisicum et astrologum. *Bononiæ*, M. CCCC. LXXVIIII *die ultimâ Decembris*. In-4°.

Character gothicus; cum signaturis. Auctor fuit ex illustri Manfredinorum familiâ; jussu enim Alexandri Papæ VI, ultimus ex hac familiâ jugulatus, posteà in Tiberim projectus est. Vide Rogissart *délices de l'Italie*, *Tom. primo*, *pag.* 215.

19 Michaelis Mediolan. ordinis Minorum regularis observantiæ opus perutilissimum per adventum et quadragesimam de peccato in genere, et de tribus peccatis principalibus, superbiâ, avaritiâ et luxuriâ. *Impressum verò Basileæ per Michaelem Wensler artis impressoriæ ingeniosum magistrum, quarto Kal. Junii anno* 1479, *feliciter consummatum*. In-fol. max. v. f.

Absque signaturis, custodibus ac numeris.

20 Le mirouer de la Redemption de

Lumain Lignaige translaté du Latin en Françoys, selon l'intention de la saincte escriture. In-fol. m. r.

In fine legitur: *cy finist le livre du mirouer de la Rédemption de Lumain Lignaige translaté de Latin en Françoys, selon l'intencion de saincte écriture veu et corrigé et translaté par Révérend docteur en théologie Frere Julyen* (Macho) *des Augustins de Lyon. Imprimé l'an de l'incarnation notre Seigneur courant mille* CCCC LXXIX *le XXVIII jour d'Aoust.*

Cum figuris ligno incisis. Tria prævia sunt folia prologi et indicis. Desiderantur numeri, custodes et litteræ majores, et in columnas paginæ dividuntur, sed folia signantur.

Prima hæc est ac rarissima editio versionis Gallicæ *speculi humanæ salvationis*, quam ignorarunt Heyneken, Debure et alii.

21 Missale Romanum diligenter emendatum cum officiis novis secundum consuetudinem Romane curie. *Impress. Venetiis die primo Maij.* 1479. In-fol.

Character gothicus; cum signaturis, sed spatia in præfationibus alba relicta sunt pro ad-

dendis notis Romani cantûs. Litteræ majores auro et coloribus depictæ sunt ; sed peculiare habet hæc editio, quod in festo cathedræ S. Petri legatur oratio : *Deus qui beato Petro collatis clavibus......... animas ligandi atque solvendi*, etc.

22 Joh. Nyder tractatus de leprâ morali unà cum confessionali ejusdem.... *Impressusque Parisius per Udalricum Gering anno dñi* M. CCCC. LXXIX. XIIII *Kal Septembris*. In-4°.

Character elegans ; terminatur cum signaturâ X iij. Discrepat ergò ab eâ anni 1477, catalogi la Vallière N°. 629 et 630.

23 Publii Ovidii Nasonis Metamorphoseon libri, cum præmissâ epistolâ Domitii Calderini. In-fol.

In fine legitur : *impressum Parmæ* M. CCCC. LXXVIIII. Character quadratus. Habet signaturas et custodes ; sed signatura O integra aquâ interiit.

24 Nicolai Perotti grammatica. In-fol. m. v.

In fine legitur : *impressa Parisius in vico*

sancti Jacobi in intersignio follis viridis infra sanctum Benedictum et predicatores anno domini millesimo quadringent. septuages. nono, die vero septima mensis Marcii. Au soufflet verd.

Præmittitur operi *epistola Calphurnii ad Antonium Moretum*. Habet signaturas. Editio habet hoc singularitatis, quòd loco exemplorum linguâ Italianâ expressorum, hæc data sint in linguâ Gallicâ.

25 Platina de vitis summorum Pontificum. *Venetiis Joan. de Colonia et Joh. Manthen de Gheretzem tertio Idus Junii* 1479. In-fol. m. v.

Præmittitur operi folium, cujus verso extat: *epistola Hieronimi Squarzafici ad Platinam*, quam sequitur registrum signaturarum et quaternionum.

EDITIO PRINCEPS.

26 Joannis Filii Serapionis opera simplicium et ægritudinum particularium, ex translatione Gerardi Cremonensis. In-folio.

In fine legitur: *impressum Venetiis arte magistri*

gistri Rainaldi de Novimagio anno 1479, *in Kalend. mensis Augusti.*

Character gothicus.

27 Speculum aureum animæ peccatricis a quodam Carthusiensi editum. *Finit feliciter impressumque Parisius ꝑ magistrum Udalricum cognomento Gering.* In-4°.

(Creditur prodiisse anno 1479.) Terminatur cum signaturâ *d* VI, et ultima pagina est 14 linearum. Editio hæc totaliter discrepat ab eâ *anni* 1480.

28 Joan. Simonettæ Commentarii rerum gestarum Francisci Sphortiæ Mediolanensium ducis, ab anno 1424 ad annum usque 1466, cum præfatione Francisci Puteolani. *Impr. Mediolani Anton. Zarotus anno* 1479. In-fol.

Editio originalis et rarissima, quam accuratè descripsit Debure N°. 5092. Character elegans; litteræ principales etiam auro et coloribus depictæ sunt, et folia signantur : sed

folium primum quod habet præfationem Puteolani, manu suppletum fuit.

29 Leonardi (Mathæi) de Utino quadragesimales sermones de legibus, etiam dominicales. Sermo primus de peccato gulæ. In-fol.

In fine legitur : *anno incarnationis domini nostri Jhesu xp̄i millesimo quadringentesimo septuagesimo nono : nono Kalendas Julii divi Leonardi de Utino................ Venetorum necnon Ulmensium post impressionem compluribus in locis diligentia possibili emendati per petrum Drach civem Spirensem impressi finiunt feliciter.*

Sermonibus postponitur prologus et index Fratris Felicis, et subscriptio relata terminatur insignibus Typographicis Petri Drach. Signaturæ, numeri et custodes desiderantur. Character est gothicus.

30 Accii Zucchi Summa Campanæ Veronensis in Æsopi fabulas interpretatio rithmica. *Impress. Veronæ die*

26 *Junii* 1479, *da Giovani Alvise*. In-4°., cum figuris.

Vide Debure et Denis N°. 692. Multa desiderantur folia in corpore libri.

Libri omissi et comparati tempore impressionis primæ hujus partis.

Libri impressi ab anno 1470 ad 1480, sine anni notâ, sub litterâ C.

1 Epistola Leonardi Aretini de amore Guiscardi et Sigismunde filie Tancredi principis Salernitani. In-4°.

Constat 14 paginis ; et ultima ex 29 lineis ; terminatur verò sic : *de Guiscardi et Sigismunde amore epla finit feliciter.* Editio Romana.

2 Philippi Siculi opuscula. Discordantiæ inter sanctos Hieronimum et Augustinum. 12 Sybillarum oracula. Carmina Probæ Centonæ ex Virgilii versibus excerpta. Sancti Athanasii symbolum &c. (Enumerantur apud Audiffredy pag. 354.) In-4°.

Terminatur opus folio recto his verbis : *finit Donatus Theologus.* Ultima hæc verba immediatè

sequitur registrum hujus libelli, in cujus registri medio extant insignia Typographica Sixti Russinger Neapolitani Typographi, qualia apud Audiffredy figurâ quartâ incisa sunt. Sybillarum insunt figuræ 12 ligno incisæ, sicut Probæ Centonæ. Litteræ principales eleganter etiam incisæ.

Character ita elegans est ut fateatur P. Audiffredy nihil pulchrius prodiisse Romæ, ubi inter libros qui ibi prodiere, ab ipso recensetur pag. 353, et tribuitur Sixto et Georgio Alemanis. Sed quidquid sit de ipsius assertione quoad hæc insignia suprà dicta, pro certo habeo non Romæ sed Neapoli prodiisse, his fultus rationibus:

1°. Quia circa caput figuræ insignia exhibentis, leguntur quatuor litteræ S. R. D. A. quæ significant *Sixtum Russinger de Argentinâ*, qui reipsâ Neapoli imprimebat.

2°. Quia Sixtus ille Russinger anno 1478 typis suis dedit *il Philocolo di Boccacio*, (vide ad hunc annum,) in cujus fine extant eadem insignia eædemque litteræ.

3°. Quia in illâ Boccacii operâ innumeræ etiam sunt figuræ ligno incisæ, ad modum Sybillarum; et character minor quidem est, sed ejusdem elegantiæ. Quis scit si Russinger ipse

figuras non inciderit? Quid enim significant insignia eadem quæ in parte superiori *Sibillæ Persicæ* videntur? Mos enim hic erat apud antiquos pictores et scalptores pro suis operibus dignoscendis.

Vide Crevenna N°. 571 *catalogi auctionis.*

3 Bedæ historiæ Anglorum. In-fol. m. v.

Columnæ habent 40 lineas, et ultima 31. Absque signat., num. et custod. Character pertinere videtur ad Conradum Fyner, circa 1476.

EDITIO PRINCEPS.

4 Liber Ysidori contra Judæos. In-4°.

Pagina ultima terminatur uno registro foliorum cum lineis 26. Absque signat., et editio videtur Romæ prodiisse.

5 Rabi Samuel Israelitæ epistola ad Raby Isaac magistrum Synagogæ.

Huic accedit:

Epistola Pontii Pilati ad Tiberium Imperatorem. In-4°.

Constat 27 foliis. Ultima pagina constat 24 lineis, quarum sic habet ultima: *Laus deo*; et

cæteræ integræ 28. Character est minutus, ex genere illius quo Mantuæ prodiit *Petrus de Abano* anno 1472.

Caret signaturis, num. et custod. Hanc describit Denis, *suppl. Maittaire* N°. 5820, et Braun pag. 115. Extabat apud Pinelli Tomo primo, N°. 915. De hoc libro contra Judæorum cæcitatem de Messiâ, vide Wolff *Biblioth. Hebræam*, Tomo primo, pag. 1099, ubi primam editionem Mantuanam *anni* 1475, ejusque translatorem appellat Alphonsum Bonhominem, et ejus in varias linguas versionem atque editiones enumerat.

Libri sub anno 1475.

1 Tractatulus multum utilis ad convincendum Judeos de errore suo quem habent de Messia adhuc venturo, et observantia legis Mosaice. In-fol.

Præest epistola Alfontii Boni Hominis Hispani ad Hugonem magistrum ordinis Prædicatorum: et opus exhibet epistolam Rabbi Samuelis Israelitæ ad Rabbi Ysaac, translatam ex Arabico in Latinum per dictum Alfonsum, anno 1339, de quâ vide suprà pag. 470, N°. 5.

In fine legitur: *qui translatus est sub anno dn̄i* M. CCC. XXXIX, *et cum diligenti emenda per me Johannem Schallus artium doctorē Mantue impressus sub annis prefati domi Ihesu Xp̄i* M. CCCC. LXXV *regnante ibidem felicissime illustrissimo dn̄o dn̄o Lodovico de Gonzaga Marchione secundo.*.

Folia signantur. Ex charactere hujus editionis verè singulari colligitur *excerptas ex Salustio orationes* relatas N°. 175, pag. 178, pertinere ad Schallum Mantuanum Typographum.

2 Tractatus pulcherrimus Enee Silvii sive

Pii Pape II de Curialium miseriâ

In fine legitur: *libellus Enee Silvii de Curialium miseriis finit anno salutis* M. CCCC LXXV, ex 22 foliis.

Incipit sompnium Enee Silvii poete laureati de fortuna.

Ex 10 plagulis

Lucii Annæi Senece Cordubensis liber de moribus in quo notabiliter et eleganter vite mores enarrat.

Ex tribus plagulis.

Duo priores tractatus ex uno et eodem charactere, et tertius ex charactere Schurener de Bopardia, sicut et sequens.

His etiam unitur:

Pii II Pontificis maximi de captione urbis Cõstantinopolitane tractatul⁹ inci- In-4°.

Constat 4 foliis. Ultimum folio recto terminatur his verbis capitalibus: *ET SIC EST FINIS.* Pagina hæc ultima habet 21 lĩneas.

Character videtur pertinere ad Gensberg Romanum Typographum. Tractavi idem opus Paduæ ex edit. in-fol. *Impr. Romæ anno* 1475 *die XI Septembris*, cujus character mihi visus est pertinere ad Schurener.

Libri sub anno 1478.

1 Sermones Discipuli (Joan. Herold) de tempore per circulum anni. In-fol. Tomi duo, m. r.

In fine legitur: *sermones Discipuli de tempore impressi Colonie anno a nativitate dñi millesimo quadringentesimo septuagesimo octavo die Veneris mensis Maij octava finiunt feliciter. Deo gratias.* Et statim subditur: *sequitur ulterius comune Storum ejusdem Discipuli*; et primus sermo est *de cogitatione*, qui est sermo 137, in ordine universorum. In fine hujus partis ultimæ legitur, columnâ secundâ folii recti: *finis sermonū Discipuli de tempore cum ejusdem legendi brevi informatione felix: Deo gratias.*

In hoc desiderantur signaturæ, sed sunt custodes. Columnæ habent 36 lineas et præmittitur index 39 foliorum. Character verè est ille quo utebatur pro *de Litio anni* 1473 Ulric Zellius. In duas partes volumen divisimus propter molem ipsius.

ERRATA PRÆCIPUA.

Licèt in fine secundæ partis errata corrigi debeant, attamen *pag.* 16, *lineâ* 9, lege 1860, pro 18AO. — *Pag.* 40, *lineâ primâ*, lege *Norimb.* pro *Florim.* — *Pag.* 55, *lineâ* 5, auferatur C, et lege B. — *Sub signat. P*, aufer. 325, et lege 225; — et *pag.* 450, *lineâ* 5, lege *LXXVIII* pro *LXXVIIII.*

